ſuperioris Eccleſiaſtici, & aliter facta, etiam coram notario, & teſtibus, non valet, deciſ. 16. lib. 12. n. 8.
Et quando reſignatio eſt facta ad favorem certæ perſonæ quia dicitur conditionalis, nequit fieri, niſi in manibus Papæ, ſeu habentis ſpeciale indultum, deciſ. 16. lib. 12. n. 10.
Ex diſpoſitione conſtitutionis Gregorianæ, non ſolùm eſt publicanda à reſignatario gratia reſignationis, ſed etiam ſecunda gratia impetrata ob non publicationem primæ, deciſ. 12. lib. 12. n. 1. & 2.
Et hac publicatione non facta, gratia eſt nulla, & exequi non poteſt, ſive defectus proveniat ob non ſervatam formam in conſtitutione præſcriptam, ſive quia publicatio ſit expleta extra tempus præfixum, deciſ. 12. lib. 12. n. 3. & 4.
Quòd autem publicatio non fuerit facta ad formam Bullæ, probatur ex ipſo Inſtrumento publicationis, deciſ. 12. lib. 12. n. 5. & deciſ. 13. n. 5. lib. eodem.
Ut publicatio dicatur ritè, & ad formam Bullæ facta, Notarius ad id deputatus alta voce in Eccleſia inter miſſarum ſolemnia denuntiare debet, beneficium vacare per reſignationem, cum expreſſione qualitatis beneficii, nominis, & cognominis, tam reſignantis, quàm reſignatarii, ac totius ſubſtantiæ impetrationis, deciſ. 12. lib. 12. n. 6.
Hinc ſi Notarius dixerit beneficium vacare per obitum, publicatio eſt invalida, deciſ. 12. lib. 12. n. 7. & 11. & deciſ. 13. nu. 5. & ſeqq. lib. eodem.
Et attenta hac invaliditate, beneficium tamquam vacans poteſt à quocumque impetrari, & etiam ab eo, qui priùs ob non publicationem antecedentis reſignationis à beneficio ceciderat, deciſ. 12. lib. 12. n. 8. & 9.
Simplex error in nomine perſonæ, & ex qua oritur vacatio, non irritat publicationem, deciſ. 12. lib. 12. n. 10.
Secus autem ſi erretur in ſubſtantia gratiæ, & in modo vacandi, deciſ. 12. lib. 12. n. 11. & deciſ. 13. n. 7. lib. eodem.
Forma Bullæ Gregorianæ circa publicationem reſignationis eſt præciſè ſervanda, nec poteſt adimpleri per æquipollens, deciſ. 12. l. 12. n. 12.
Actus publicationis eſt reiterabilis, ideòque productio unius invalidæ non excludit poſſibilem exiſtentiam alterius validæ, deciſ. 12. l. 12. n. 13. & deciſ. 13. n. 12. l. eodem.
Id non procedit ſi publicatio fuerit producta à reſignatario pro juſtificatione ſui tituli, deciſ. 12. l. 12. n. 14. & deciſ. 13. n. 15. l. eodem.
Reſignatarius ob non factam publicationem redditur vigore Gregorianæ omninò incapax idem beneficium quoquo modo aſſequendi, deciſ. 12. l. 12. n. 14.
Sed id procedit vel quoad novam ſimplicem impetrationem per obitum, vel quoad aſſecutionem ejuſdem beneficii virtute generalium clauſularum, quæ inſeri ſolent in literis Apoſtolicis; ſecus autem in impetratione ex integro obtenta ob non factam publicationem antecedentis reſignationis, ac cum explicita, vel implicita derogatione præfatæ conſtitutioni, deciſ. 12. l. 12. n. 15.
Negativa publicationis eſt concludenter probanda ab impetrante beneficium ex hoc capite, & quidem, vel per confeſſionem partis, vel coarctando, quòd literæ non fuerint expenditæ infra tempus præfixum ad publicandum, deciſ. 13. l. 12. nu. 4.
Notario teſtanti de publicatione creditur, & præſumitur quod omnia ritè, & rectè expleverit, deciſ. 13. l. 12. num. 6.
Intellige, quando ex verbis Notarii conſtet, quòd ipſe integram gratiam, vel ſaltem illius ſubſtantiam publicaverit; ſecus e contrà, deciſ. 13. l. 12. n. 7.
Publicatio debet fieri juxta præciſum tenorem gratiæ, & non alio modo, etiamſi beneficium alio modo vacaret, deciſ. 13. l. 12. n. 9.
Beneficium reſignatum, ſi non fiat publicatio, non dicitur vacare per obitum, ſed ob non factam publicationem, deciſ. 13. l. 12. n. 10.
Publicatio interceſſiſſe præſumitur, ſi proviſus habeat pro ſe ſententiam executoris, deciſ. 13. l. 12. n. 13.
Item ſi accedat poſſeſſio triennalis, deciſ. 13. l. 12. n. 14.
Ceſſant tales præſumptiones, quando ex Inſtrumento à reſignatario producto conſtat de publicatione non ritè facta, deciſ. 13. l. 12. n. 15.
Triennalis poſſeſſio non ſuffragat., ubi non conſtat de legitima publicatione; nam hoc caſu nec ſufficit decennalis, deciſ. 13. l. 12. n. 16.
Maximè quando ſignatura poſſeſſionem circumſcripſit, & reſignatarius ſubindè petiit immiſſionem; nam tunc ceſſat virtus triennalis, deciſ. 13. l. 12. n. 17.
Prorogatio quam quis obtinuit ad publicandum, non ſuffragat, ſi collitigans interim impetraverit gratiam ſi neutri, dummodò hæc gratia ſi neutri ſit obtenta poſt lapſum primum terminum ad publicandum, ſecus ſi illo adhuc non elapſo, deciſ. 13. l. 12. n. 19. & ſeqq.
Gratia reſtitutoria, ſeu prorogatio ad publicandum eſt ſubreptitia, ſi in ea narratus non fuit obitus reſignantis, deciſ. 13. l. 12. n. 22.
Procedit concluſio, quando obtinens reſtitutoriam ſuum jus metitur ab ipſo reſignante, ſecus autem ſi ipſe beneficium impetravit ob non publicationem factam à primo reſignatario, deciſ. 13. l. 12. n. 23.
Gratia ſi neutri obtenta ab uno ex collitigantibus ſuper reſignatione, debet etiam ipſa publicari, aliàs eſt nulla, deciſ. 13. l. 12. n. 24. & 25.
De non ſecuta publicatione dubitari non poteſt, quoties literæ non fuerunt expeditæ, deciſ. 13. l. 12. n. 26.
Ad hoc ut reſignatio valeat, exigitur, quòd reſignans ſit præſens in curia perſonaliter: ſi abſens, per ſpecialem procuratorem expeditioni litterarum conſentiat; deciſ. 16. l. 12. n. 1.
Et prædicta forma ſervanda eſt nedum in Cancellaria, ſed etiam in Camera, deciſ. 16. l. 12. n. 2. & 3.
Licèt aliquando in Camera contrarium fuerit obſervatum, quia hæc inobſervantia non intervertit decretum Principis, deciſ. 16. l. 12. n. 4. & ſeqq.
Ad effectum conſentiendi reſignationi factæ per abſentem, requiritur omninò ſpeciale mandatum, nec ſufficit præſumptum, niſi iſtud probatum eſſet ex præſumptionibus, & conjecturis ipſammet ſpecialitatem actus percutientibus: nec ſuffragari poteſt ſola exhibitio Inſtrumenti reſignationis factæ in partibus coram notario, & teſtibus, deciſ. 16. l. 12. num. 12. & ſeqq.
Et maximè ſi deficiat juramentum reſignantis, deciſ. 16. l. 12. n. 16.
Nec ſufficit, ut actus reſignationis ſit immunis à fraude, quando non fuit ſervatus modus à Pontificjis ſanctionibus præſcriptus, deciſ. 16. l. 12. n. 17.
Clauſulæ generales in gratia appoſitæ non ſupplent defectum reſignationis, quando fuit omiſſa forma præſcripta in regula 45. Cancellariæ, deciſ. 16. l. 12. n. 18.

BENEFICIUM QUANDO DICATUR SACERDOTALE, VEL NON.

Quoties Teſtator profeſſus fuit inſtituere beneficium ſacerdotale, cenſetur voluiſſe in præſentato qualitatem ſacerdotalem actu, deciſ. 14. l. 12. n. 4. & 7. deciſ. 15. n. 5. & ſeqq. l. eodem.
Item ſi voluit, quòd illud conſerretur Clerico in ſacris Ordinibus conſtituto, deciſ. 14. l. 12. num. 3. & deciſ. 15. n. 3. l. eodem.
Ex quo injuncta fuerit per Teſtatorem celebratio miſſarum, beneficium non dicitur ſacerdotale, niſi expreſſum ſit, quòd celebret per ſe ipſum, deciſ. 14. l. 12. n. 5. & deciſ. 15. num. 4. l. eodem.
Minùſque ex denominatione Rectoris, & Presbyteri, deciſ. 14. l. 12. n. 6.
Si teſtator obligavit Rectorem, & beneficiatum, ab intereſſendum horis Canonicis, & in defectum Canonicorum dicendi capitula, ſicuti iſte conditiones debent adimpleri per ſe ipſum; idem cenſendum eſt de injuncta celebratione miſſarum, deciſ. 14. l. 22. n. 8.
Si ad effectum, ut beneficiatus congruè ſubſtentari poſſet, fuit facta unio alterius beneficii, deſumitur inde argumentum, quòd beneficium ſit ſacerdotale actu, cum aliàs pro ſubſtentatione Clerici non fuiſſet neceſſaria tanta ſolicitudo, deciſ. 14. l. 12. num. 9. & deciſ. 15. num. 12. & 13. l. eodem.
Ex obſervantia, quòd ſemper præſentati fuerunt actuales ſacerdotes, declaratur, quòd beneficium ſit ſacerdotale actu, deciſ. 15. nu. 13. l. eodem.
Ad effectum dignoſcendi, an beneficium ſit ſacerdotale, debet attendi tenor fundationis, deciſ. 15. l. 12. n. 2.
Si fundator mandavit etiam, ut fieret anniverſarium cum hoc, quòd in illo intervenirent ſolùm ſacerdotes, & inſuper ipſe quoque erat ſacerdotali dignitate inſignitus, indè arguitur propenſio ad qualitatem ſacerdotalem, ad hoc ut tale dicatur beneficium, deciſ. 15. l. 12. n. 8.
Si in viſitationibus beneficium fuit expreſſum cum qualitate ſacerdotali, oritur argumentum, quòd verè ſit tale, deciſ. 15. l. 12. n. 12.

BENEFICIUM QUOAD SUBROGATIONEM GRATIOSAM.

Vide Subrogatio Gratioſa.

BENEFICIUM QUOAD VALOREM.

Quando valor fuit narratus per non exceſſum, tunc ſufficit, ut verificetur in quacumque minima quantitate, deciſ. 5. lib. 12. num. 3.
Non procedit concluſio, quando in ſubſtantia gratiæ, ubi fuit actum de reſervatione penſionis, & de congrua remanſura beneficiato, fuit quoque expreſſus valor per aſcenſum, quia tunc & ſi à principio fuerit facta expreſſio per non exceſſum, hæc non attenditur, ſed alia emiſſa in ſubſtantia gratiæ, deciſ. 5. lib. 12. n. 4.
Narrativa valoris per non exceſſum, & per aſcenſum in hoc differunt, quòd prior verificatur in qualibet ſumma poſterior verò debet verificari in ſumma narrata, deciſ. 5. lib. 13. n. 7.
Falſa narativa valoris vitiat gratiam in totum, deciſ. 5. li. 13. numer. 12.
Ex conſuetudine, & concordatis Germaniæ, & Poloniæ, valor beneficiorum non ſolet exprimi ultra ducatos 24. deciſ. 8. lib. 12. num. 16.
Valor probatur etiam ex imperfectis juſtificationibus, & ſufficiunt atteſtationes duorum Curalium, deciſ. 13. li. 12. numer. 3.
Valor benè probatur ex teſtibus, maximè quando gratia non fundatur ſuper valore, deciſ. 14. li. 12. n. 2.
Juxta regulàm 55. Cancellariæ in nova impetratione exprimi debet valor priùs obtentorum, exceptis tamen illis, quæ vigore ultimæ proviſionis, vel voluntariè, vel de jure impetrans dimittere teneretur, deciſ. 17. lib. 12. n. 10.
Valor præſumitur talis, qualis in antecedentibus vacationibus fuit expreſſus, deciſ. 6. li. 13. n. 6.
Valor beneficii non probatur per teſtes non informatos, deciſ. 5. li. 13. n. 9.
Neque per deponentes de auditu, deciſ. 5. lib. 13. n. 9.
Neque per illos, qui non deducunt expenſas, & onera, deciſ. 5. lib. 13. n. 9.
Quando tamen deductio ſuppletur, & ſuppleri poteſt aliundè, tunc depoſitiones teſtium attenditur, deciſ. 6. lib. 13. numer. 3.
Neque per illos, qui non deponunt per decennium ſcilicet de quinque annis ante, & quinque poſt, deciſ. 5. libr. 13. num. 9.
Tempus decennii tunc requiritur, quando beneficiatus inſtat pro annullatione penſionis, non autem quando penſionarius agit ad illam ſubſtinendam; nam tunc ſufficiunt probationes de tempore reſervationis, deciſ. 6. lib. 13. n. 3.
Tempus præciſum proviſionis, & reſervationis ſpectari debet ad probandum valorem, deciſ. 5. lib. 13. n. 10.
Locationes continuatæ per plures annos probant valorem, dec. 5. li. 13. n. 10.
Debent tamen afferri ipſa inſtrumenta, & non ſimplices fides ad hoc ut dignoſci poſſint pacta & conventiones, deciſ. 6. li. 13. n. 7.
Ad effectum juſtificandi valorem, probationes, adminicula, & circumſtantiæ debent ſimul jungi, deciſ. 6. lib. 13. n. 1.
Ad probandum valorem beneficii conſiſtentem in fructibus prædiorum admittuntur teſtes Ruſtici deponentes de auditu à collectoribus fructuum, & de pubblica voce, & fama, deciſ. 6. li. 13. n. 2.
In materia valutationis monetæ pro calculando valore debet attendi ſtylus Datariæ, & non mercatorum, deciſ. 6. li. 13. n. 4.
Solutiones penſionis per longum temporis ſpatium peractæ, plurimum conferunt ad arguendam veritatem narrati valoris, deciſ. 6. lib. 13. n. 5.
Teſtes de auditu à titulari probant valorem, deciſ. 6. lib. 13. n. 6.

BENEFICIUM QUOAD UNIONEM.

Quando fit unio duorum beneficiorum, quorum unum ſit ſacerdotale, alterum non; tunc licèt unio ſit æquè principalis, & non extinctiva, tamen quia utriuſque qualitates ſunt inter ſe inconciliabiles, magis dignum trahit minùs dignum, & utrumque dicitur ſacerdotale, deciſ. 15. lib. 11. num. 9. & 10.
Unio mutat quidem naturam illius beneficii, quòd acceſſoriè, & ſubjectivè unitur, ſed non alterius cui fit unio, quando remanet in ſuo primævo ſtatu, deciſ. 27. lib. 12. n. 17.
Ex unione plenaria Monaſterii facta cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, tranferuntur omnia jura tam temporalia, quàm ſpiritualia, & ita etiam jus conferendi, vel præſentandi in Hebdomadaria eidem Monaſterio ſubordinata, deciſ. 27. li. 12. n. 18.
Nec ipſius Hebdomadariæ natura alterata, & immutata cenſetur, ex quo Pontifex veniens ejus exiſtentiam ignorans mandaverit erigi Vicarium pro cura animarum, quæ poſteà ob præexiſtentiam Hebdomadariæ non habuit affectum, deciſ. 27. lib. 12. n. 19. & 20.
Unio excluditur ex ſtatu collativo beneficii, deciſ. 29. lib. 12. n. 3. & deciſ. 30. n. 16. li. eodem, & deciſ. 31. n. 25. lib. eodem, & deciſ. 1. lib. 16. n. 4. et deciſ. 3. n. 1. lib. eodem.
Unio non præſumitur, & ideò concludenter eſt probanda, deciſ. 30. li. 12. n. 1. 4. et 5.
Unitum non præſumitur beneficium ex donatione de illo facta, quia donare non eſt unire, ſed ſolùm importat donationem juris conferendi, deciſ. 30. lib. 12. n. 6.
Etiamſi fuerint donatæ decimæ, primitiæ, oblationes, deciſ. 30. li. 12. num. 7.
Ex quod dictum fuit, quòd Eccleſia pertinebat ad Abbatem non deſumitur unio, deciſ. 30. li. 12. n. 8.
Actus dubii, & æquivoci unionem non concludunt, deciſ. 30. li. 12. nu. 9.
Obſervantia longæva ſtatus collativi facit præſumere ineffectuationem unionis, & hæc ineffectuatio ſemper præſumitur, niſi contrarium doceatur, deciſ. 30. lib. 12. n. 10. et 11.
Et facit etiam præſumere, vel revocationem unionis, vel quod hæc fuerit verſa in Juſpatronatus, vel quod fuerit præſcripta, deciſ. 30. li. 12. n. 12. et ſeqq.
Obſervantia unionis deſtructiva probatur ex collationibus, & concurſibus, deciſ. 30. li. 12. n. 15. et ſeqq.
Parochiales unitæ, quocumque menſe vacent, non ſubjacent reſervationibus, & abſque concurſu providentur ad nominationem, deciſ. 30. lib. 12. n. 19.
Ex collationibus factis in menſibus reſervatis excluditur unionis titulus, & promanat alius juriſpatronatus Eccleſiaſtici, deciſ. 30. li. 12. n. 20.
Præſentationes factæ vigore Juſpatronatus Eccleſiaſtici non poſſunt referri ad errorem, quando unio eſt turbida, & de ea dubitari contingit, deciſ. 30. li. 12. n. 21.
Repugnat unioni, quòd alter percipiat decimas, fructus, & proventus, deciſ. 30. li. 12. n. 22. et ſeqq.
Decretum irritans appoſitum in Coſtitutione Piana ſuper unionibus, non intrat quoties de unione dubitatur, & non eſt clara, deciſ. 30. lib. 12. n. 23. et ſeqq.
Sententiæ latæ ſuper unione non citato Epiſcopo, non attenduntur, deciſ. 30. l. 12. n. 26.
Privilegia beneficii, ſeu Eccleſiæ unitæ non extinguuntur, ſed transferuntur in eam, cui facta eſt unio, deciſ. 1. li. 13. poſt num. 14.
Unio debet eſſe ſubjectiva, & extinctiva tituli, ad hoc, ut dicatur vera unio, aliàs eſt ſolùm annexiva fructuum, & Eccleſia ſeu beneficium remanet in ſuo antiquo ſtatu, dec. 3. l. 16. n. 1.
Præſentationes Rectorum factæ per Patronos, de directo repugnant cum unione extinctiva tituli, quia hoc caſu nec Eccleſiæ providentur de Rectore, nec datur vocatio, deciſ. 3. li. 15. num. 2.

BENEFICIUM QUOAD ULTIMUM STATUM.

Status beneficii talis præſumi debet de præterito, qualis eſt ſubſequens, deciſ. 1. li. 12. n. 2.
Proviſiones Apoſtolicæ excedentes ſpatium 40. annorum conſtituunt ſtatum præſcriptum etiam ad includendam reſervationem Apoſtolicam vigore regulæ quartæ Cancellariæ, deciſ. 1. li. 12. num. 3.
Vide Beneficium quoad proviſiones Apoſtolicas.
Status beneficii per ſpatium 40. annorum præſcribitur, & immutatur, deciſ. 1. li. 12. num. 3. et deciſ. 8. n. 14. dec. 9. n. 2. li. eodem.
Antecedens ſtatus beneficii legitimè præſcriptus non tollitur per contrarium poſteriorem, qui tempus ad præſcribendum ſufficiens non habeat, quando quæſtio verſatur ſuper qualitate beneficii, deciſ. 1. lib. 12. num. 16. et deciſ. 28. num. 14. lib. eodem.
Epiſcopus non poteſt mutare ſtatum beneficii, & Eccleſiæ, deciſ. 1. lib. 12. n. 21.
Vbi non agitur de determinanda qualitate beneficii pro futuris vacationibus, ſed de ſubſtinenda collatione, ultimus ſtatus debet attendi. deciſ. 2. lib. 12. n. 1.
Procedit concluſio etiam ad effectum excludendi reſervationes, deciſ. 2. lib. 12. n. 2.
Et etiam ſi ultimus ſtatus proveniat à proviſionibus Apoſtolicis, dummodò longum temporis ſpatium iſtæ complectantur, deciſ. 2. lib. 12. n. 3.
Veniens ex vacatione ultimi poſſeſſoris, agnoſcit, & fatetur ultimum ſtatum, & qualitates ab illo expreſſas, deciſ. 2. lib. 12. n. 4.

BENE- Ulti-

Ultimus ſtatus impreſſus ex proviſionibus Apoſtolicis ſuffragat etiam Cardinali Indultario, qui beneficia reſervata confert nomine, & vice Sedis Apoſtolicæ, *deciſ.* 2. *lib.* 12. *num.*5.
Quaſi poſſeſſio conferendi exercita ab Ordinario quoad aliqua beneficia unius Eccleſiæ, ei prodeſt etiam quoad alia, quoties concurrit cauſa univerſalis omnia beneficia reſpiciens, *deciſ.*12. *lib.*12. *n.*6.
Et contraria opinio procedit in Patrono, vel inferiori, qui deſtituitur cauſa univerſali poſſidendi, *deciſ.* 2. *lib.* 12. *numer.*7.
Ad evertendum ultimum ſtatum anterior ſtatus contrarius debet concludenter, & luciduſſimè probari vel per inſtrumentum, vel per rem judicatam, vel per confeſſionem partis, *deciſ.* 2. *lib.*12. *num.*11.
Nec per conjecturas, præſumptiones, aut alias ſpecies probationum juſtificari poteſt, quando Ordinarius collationem jam effectuatam tuetur, *deciſ.*2. *lib.*12. *n.*12.
Anterior ſtatus non attenditur, poſtquam Ordinarius exiſtens in quaſi poſſeſſione conferendi jam contulit, & proviſio effectum ſortita fuit, etiam ſi ſuper anteriori ſtatu emanaſſet aliqua deciſio: & quomodo procedant, & intelligi debeant contrariæ auctoritates, *deciſ.*2. *lib.*12. *n.*18. *& ſeqq.*
Quando de anteriori ſtatu conſtat per inſtrumentum fundationis, vel per ſententiam, tunc non attenditur ultimus, *deciſ.* 9. *lib.* 12. *n.*5. *& deciſ.*29. *n.* 7. *lib. eodem.*
Non procedit regula, quando ultimus ſtatus fuit præſcriptus per lapſum temporis ultra annos 40. *deciſ.* 9. *lib.* 12. *n.* 6.
Item quando per longam obſervantiam anterior ſtatus redditur dubius, *deciſ.* 9. *lib.* 12. *n.*7.
Nec procedit, quando incidenter agitur de qualitate beneficii ad ſalvandam gratiam à vitio obreptionis, *deciſ.* 9. *lib.* 12. *num.* 8.
Expreſſio facta juxta ultimum ſtatum, nedum ſalvat gratiam ab obreptione, ſed ſufficit etiam ad illius verificationem, *deciſ.* 8. *lib.*12. *n.*15. *& deciſ.*9. *n.*3. *lib. eodem.*
Proviſiones Apoſtolicæ qualificant ultimum ſtatum beneficii, quòd ſit liberæ collationis, & conſtituunt Datariam in quaſi poſſeſſione conferendi menſibus reſervatis, *deciſ.* 29. *lib.* 12. *n.* 1. *&* 2.

## BENEFICIUM DEDUCTO NE EGEAT.

Beneficium deducto ne egeat non conceditur, niſi quibuſdam perſonis effectis non ſolvendo. ne pereant, *deciſ.* 31. *lib.* 6. *num.*49.
Qui dictum beneficium obtinuit, præſumitur pauper, *deciſ.*31. *lib.* 6. *n.* 49.

## BENEPLACITUM APOSTOLICUM.

Reſervatio beneplaciti facta cum clauſula non aliàs, ejus neceſſitatem oſtendit, *deciſ.* 2. *lib.* 2. *n.* 37.
Abſque beneplacito Apoſtolico res ſacra donari non poteſt, *deciſ.* 35. *lib.* 5. *n.* 7.
Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ex lapſu centum annorum, *deciſ.*28. *lib.* 7. *n.* 5.
Contraria legitur præſervata in Bulla Urbani, *deciſ* 28. *lib.* 7. *num.* 7.
Et ad complendam hanc centenariam admittitur etiam tempus poſt Conſtitutionem, ante tamen motam litem decurſum, nec eſt neceſſe, ut antè promulgationem conſtitutionis eſſet completa, ut reprobatis contrariis, *deciſ.* 28. *lib.*7. *n.*8. *&* 9.
Beneplacitum Apoſtolicum ante Conſtitutionem Urbani præſumebatur ex lapſu 30. annorum, *deciſ.* 28. *lib.* 7. *n.* 10.

## BINUBATUS.

*Vide* Mulier Binuba.

## BONA.

Bona debitoris extare non dicuntur, ſi ſunt intrincata & litigioſa, *deciſ.* 5. *lib.* 2. *n.* 8.
Bonorum appellatione veniunt regulariter etiam jura, *deciſ.* 66. *lib.* 9. *n.* 4.
Limita, ſi de juribus ſit facta ſeparata mentio, *deciſ.* 66. *lib.* 9. *n.* 5.

## BONA FIDES.

Bona fides in loco pio maximè præpollere debet, & præſumitur, *deciſ.* 5. *lib.* 8. *n.* 11.
Bona fides creditoris contrahentis cum eo, qui habet dominium vel poſſeſſionem reſolubilem, non debet nocere ſucceſſoribus, *deciſ.*40. *lib.*10. *n.*4.

## BREVE APOSTOLICUM.

Ex non uſu Brevis Apoſtolici non poteſt deſumi præſcriptio, ſi non doceatur adfuiſſe perſonam, quæ valeret illud allegare, & allegare non curaverit, *deciſ.*29. *lib.*3. *n.*2.
Ubi agitur de brevi conceſſo favore dignitatis, negligentia prædeceſſoris in non petenda executione non præjudicat ſucceſſori, *deciſ.* 29. *lib.* 3. *n.* 4.
Breve emanatum per viam certi ſtabilimenti, & legis, præſcribi non poteſt, *deciſ.*29. *lib.* 3. *n.*4.
Breve munitum clauſula ſublata, non poteſt impugnari non obtenta priùs oris aperitione, *deciſ.* 2. *lib.* 4. *n.* 5.
Forma in Brevi præſcripta eſt ad unguem ſervanda, & aliter geſta non valent, *deciſ.* 17. *lib.* 11. *n.* 14.
Breve Apoſtolicum munitum clauſula ſublata, & decreto irritanti, non poteſt impugnari ex non uſu, vel inobſervantia, *deciſ.*21. *lib.* 14. *n.* 12. *& deciſ.* 24. *n.*7. *lib. eodem.*
Breve non poteſt dici originale, ſed potiùs ſumptum, quando non eſt ſcriptum in pergameno, caret conſuetis ſubſcriptionibus, ac ſignis, nec non ſigillis ſanctorum Petri, & Pauli in plumbo cordulis rubri, & crocei coloris, juxta conſuetum ſtylum, *deciſ.* 1. *lib.* 16. *n.* 5.

## BULLA BARONUM.

Bulla Baronum non tribuit viam executivam contra tertios poſſeſſores, *deciſ.* 1. *lib.* 1. *n.* 3. *&* 5.
Eximit emptores ab omnibus vinculis, & hypothecis, *d. dec.* 1. *lib.* 1. *n.* 4.
Licèt Bulla Baronum ſecuros, & cautos reddat emptores bonorum per Congregationem diſtractorum, tamen id non procedit quoad dotes debitas fœminis deſcendentibus à fideicommittente, quia hypotheca pro eis competens ſemper remanet bonis infixa, *deciſ.* 4. *lib.* 1. *n.* 4.
Bulla Baronum habet locum in favorem creditorum, qui proprias pecunias baronibus, crediderunt, non autem illius, qui creditum deſumit ex ejuſdem baronis negligentia, *deciſ.* 5. *lib.* 1. *num.* 9.
Bulla Baronum liberat bona à fideicommiſſo, illaque efficit libera favore creditorum, *deciſ.* 20. *lib.* 6. *n.* 8. *& deciſ.* 21. *n.* 6. *lib. eodem.*
Prædicta Bulla efficit, ut baro non ſubjaceat moleſtiis perſonalibus, *deciſ.* 40. *lib.* 7. *n.* 7.
Bulla Baronum locum non habet, ſi fideicommiſſum ante contracta debita ſit exhibitum in Archivio, *deciſ.*40. *lib.* 7. *n.* 8.
*Vide* Congregatio Baronum.
Conſtitutiones Clementis VIII. & Urbani VIII. ſuper facultatibus conceſſis Congregationi Baronum, habentur *lib.* 15. *Conſtit.* 6. *& ſeqq. fol.* 398.

# C

## CADUCITAS.

Caducitatis declaratio facta cum intimatione domi dimiſſa copia, ſubſtinetur, ſi ex poſt adſint comparitiones emphyteutæ, ex quibus illius ſcientia deprehenditur, *deciſ.* 27. *lib.* 4. *n.* 3.
Poteſt caducitas declarari à legitimo adminiſtratore domini directi, *deciſ.*27. *lib.*4. *n.* 3.
Et ſufficit in ea declaranda citare ſolum poſſeſſorem, licèt alii habeant jus in inveſtitura, *deciſ.*27. *lib.*4. *n.*5. *& deciſ.*28. *n.* 4. *lib. eodem.*
Paupertas reputatur juſta cauſa ad evitandum incurſum caducitatis, *deciſ.*27. *lib.*4. *n.*7. *& deciſ.*28. *n.*15. *lib. eodem.*
Si dominus directus poſt declaratam caducitatem recipiat Canones, etiam cum clauſula ſine præjudicio, valdè controverſum eſt, an talis præſervatio ſufficiat ad excludendam remiſſionem caducitatis, *deciſ.* 27. *lib.* 4. *n.*8.
Quòd dicatur non obſtante dicta clauſula, & præſervatione remiſſa *deciſ.* 11. *lib.* 4. *n.*6. *&* 7.
Ad evitandam caducitatem ſufficit quælibet cauſa etiam beſtialis, & fatua, *deciſ.*27. *lib.*4. *n.*9.
Ad declarandam caducitatem, an ſit neceſſaria intimatio perſonalis, vel ſufficiat domi dimiſſa copia, & maximè quando iſta fuit per tres vices executa, vide *deciſ.* 28. *lib.* 4. *num.* 1. *&* 2.
Sufficit domi dimiſſa copia, ſi ex poſt adſint comparitiones emphyteutæ, ex quibus deprehendatur ſcientia, *deciſ.*27. *lib.*4. *num.*3.
Caducitas incurſa per poſſeſſorem, afficit etiam alium, qui voluntariè conſenſit, ut alter poſſideat, *deciſ.* 28. *lib.* 4. *numer.*5.
Quòd per receptionem Canonum factam ſine præjudicio caducitatis non cenſeatur eadem caducitas remiſſa, *decis.*28. *lib.* 4. *num.*6.
Si recepti fuerint Canones decurſi etiam pro tempore biennalis moræ, ob quam contenditur inducta caducitas, quòd tunc cenſeatur ipſa caducitas remiſſa, non obſtante proteſtatione, & præſervatione, *decis.*28. *lib.*4. *n.*7.
Intellige tamen in emphyteſi privatorum, non autem in illa Eccleſiæ, in qua ſpeciale eſt, ut ultra pœnam caducitatis poſſint præteriti Canones exigi abſque caducitatis remiſſione, niſi agatur de Canonibus decurſis poſt declaratam caducitatem, *decis.*28. *lib.*4. *n.*8. *&* 9.
Emphyteuta tenetur reſtituere omnes fructus perceptos à die declaratæ caducitatis, & quomodo concluſio procedat, *decis.* 28. *lib.*4. *à num.*19. *& decis.* 29. *numer.* 1. *& decis.* 30. *lib. eodem.*
Limita, ſi proximior petiit renovationem, & fuit ei injuſtè denegata, *decis.*11. *lib.*4. *n.*12. *&* 13. *&* 16.
Dominus directus recipiens Canones, quamquam non cenſeretur caducitatem remiſiſſe, attamen conſtituit emphyteutam in bona fide, ut lucretur fructus, *decis.* 31. *lib.* 4. *num.*6.
Poſſeſſio apprehenſa, ſed non continuata per dominum directum non efficit, quòd emphyteuta teneatur fructus ex poſt perceptos reſtituere, *decis.*31. *lib.*4. *n.*11. *& ſeqq.*
Si Dominus directus renovare recuſet, ſufficit oblatio verbalis laudemii, & Canonum, abſque actuali depoſito, ne dicatur incurſa caducitas, *decis.*11. *lib.* 4. *n.*9.
Sufficit etiam depoſitum non integrum cum fidejuſſione ſolvendi reſiduum, maximè quando quantitas eſt illiquida, *decis.*11. *lib.*4. *n.*10.
Proximior proteſtans ſe eſſe promptum ſolvere laudemium, & novam inveſtituram recipere, jus ſuum etiam in futurum præſervat, *decis.*11. *lib.*4. *n.*11.
Caducitas incurritur ob alienationem factam in loca Pia contra pactum inveſtituræ, *decis.*14. *lib.*4. *num.*1.



## CAMBIUM.

Cambium poteſt cum fructibus alterius cambii in capitale redactis conſtitui, *decis.*14. *lib.*5. *n.*7.
Fructus cambii exacti ultra quantitatem, quæ currit in feriis imputantur in ſortem, *deciſ.*15. *lib.*5. *n.*1. *& deciſ.*16. *num.*1. *lib. eodem.*
Cambia platealia ex ſtylo reducuntur ad inſtar nundinalium, *deciſ.* 15. *lib.*5. *n.*4. *& deciſ.*16. *n.*2. *lib. eodem.*
Creditor cambii, qui exigit fructus ultra quantitatem currentem in feriis, ſi excipiat de juſtitia ſolutionis, tenetur probare, exactionem fuiſſe juſtam, *deciſ.*16. *lib.*5. *n.*3.
Aliàs ſolutiones extenuant ſortem, *deciſ.*16. *lib.*5. *n.*4. *&* 5.
Actualis pecuniarum tranſmiſſio ad nundinas in contractu cambii, debet juſtificari ſaltem per litteras reditus, aliàs cambia, & recambia redduntur ſicca, & illicita, *deciſ.* 17. *lib.*5. *n.*1. *&* 3. *& deciſ.*1. *lib.*8. *num.*1. *& deciſ.*2. *n.*1. *& deciſ.*3. *n.*1. *lib. eodem.*
Onus autem dictæ probationis ſemper ſpectat ad creditorem, qui de actuali tranſmiſſione debet eſſe ſolicitus, niſi adſit contraria expreſſa conventio, & aſſumptio oneris facta per debitorem; de qua tamen debet apparere per verba clara, cum in hac materia argumenta, & interpretationes non admittantur, *deciſ.*17. *lib.*5. *n.*2.
Talis eſt rigor in materia cambiorum, ut ſi verba aliquam involvant turbiditatem, itaut dubitari poſſit de aſſumptione oneris facta per debitorem, tunc ſemper ſumitur interpretatio ei favorabilis, *deciſ.*17. *lib.*5. *n.*4. *&* 5.
In contractu cambii facto ad tempus determinatum, & deindè ad placitum contrahentium, ſi debitor aſſumpſit in ſe onus cambiandi pro toto tempore determinato, & deindè nihil expreſſum fuerit, non cenſetur tale onus etiam in ſubſequuta continuatione repetitum; ideòque ſi creditor ex poſt non cambiavit, nequit fructus prætendere, *deciſ.* 17. *lib.* 5. per totam.
Contrarium firmatum fuit, *deciſ.*1. *lib.*8. *n.*3. & per totam.
In cambiis licèt fructus non debeantur, niſi ſequuta, & verificata tranſmiſſione literarum ad nundinas, attamen pro iſtis hypotheca non oritur à die tranſmiſſionis, ſed à die contractus, *deciſ.*50. *lib.*6. *n.*34.
Quando debitor in ſe aſſumpſit onus tranſmittendi pecunias ad nundinas, tunc licèt defecerit, tenetur ad fructus cambii loco damnorum & intereſſe, *deciſ.*1. *lib.*8. *n.*2.
Debitor, qui ſe ſubjecit oneri cambiandi intra tempus, in quo compelli non poterat ad ſortis reſtitutionem, veriſimile eſt, quòd voluerit in eodem onere continuare termino elapſo, & ſorte non reſtituta, *deciſ.*1. *lib.*8. *n.*10.
Literas redditus tenetur exhibere creditor, ſi non agatur in judicio repetitionis indebiti, ſed ſolùm de imputatione fructuum in ſorte, *deciſ.*2. *lib.*8. *n.*2.
Pactum, quod pro cambiorum juſtificatione ſufficiat juramentum creditoris, non ſuffragatur hæredi, ſi creditor, dum vixit, juramentum non præſtit, *deciſ.*2. *lib.*8. *n.*3.
Creditor cambii, ſi cambia exigere prætendat, debet legalia documenta oſtendere; non obſtante pacto, quòd ſtetur illius aſſertioni, *deciſ.*2. *lib.*8. *n.*4.
Solidatione facta, ſi debitor ſub prætextu, quòd cambia ſoluta fuerint illicita, prætendat ſolidationem impugnare, ei incumbit onus probandi cambiorum injuſtitiam, *deciſ.* 2. *lib.* 8. *num.* 5.
Id autem non procedit in ſimplici calculo dati, & accepti, qui nullam ſolidationem inducit, & maximè quando nihil ejus vigore ſolutum, & receptum fuit, & licèt calculus fuerit à debitore productus, non indè inducitur approbatio, quando productio fuit facta cum proteſtatione, *deciſ.* 2. *lib.*8. *num.*6. *& ſeqq.*
In materia cambiorum non ſtatur aſſertioni partium, *deciſ.* 2. *lib.*8. *num.*9.
Tot dicuntur cambia gradatim creata, quot ſunt tempora, in quibus decurſa apparent, *deciſ.*2. *lib.*8. *n.*11.
Fructus indebitè ſoluti pro uno cambio non poſſunt imputari in ſortem alterius, *deciſ.* 2. *lib.*8. *num.*12. & *deciſ.* 3. *num.*2. *lib. eodem.*
Intellige, quando agitur de cambiis omninò diſtinctis & ſeparatis non autem quando unus eſt contractus cum facultate cambiandi per tranſmiſſionem ad diverſas nundinas repetitè adimplendam, *deciſ.*2. *lib.*8. *n.*13.
Fructus cambii indebitè exacti imputantur in ſortem, *deciſ.* 3. *lib.*8. *n.*1.
Poſt approbatam cambiorum ſolutionem mediante longævo ſilentio, debitor, qui allegat literas non fuiſſe tranſmiſſas, tenetur probare, *decis.*3. *lib.*8. *n.*3.
Concluſio procedit, quoties uſuræ nominatim apparent ſolutæ pro cambiis, & facta fuerit per partes novatio tituli præcedentis, mediante generali computorum ſolidatione, ſecùs econtrà, *deciſ.*3. *lib.*8. *n.*4. *&* 5.
Inveriſimile eſt, quòd quis ſe voluerit ex pacto ſubmittere cambiis à creditore cum ſemetipſo creandis ſine reali, & vera cambiorum creatione, ſed per ſimplicem, & irregularem adnotationem in privatis clauſulis, *decis.* 3. *lib.* 8. *numer.* 8.

## CAMERA.

Conſtitutio Innocentii XII. ſupprimens venalitatem officiorum, & Clericatuum Cameræ, habetur *lib.*15. *fol.* 408.

## CANONES.

Canonum reductioni locus eſt, quando emphyteuſis à principio fuit læſiva, vel talis effecta fuit ex poſt, *decis.*21. *lib.* 4. *nu.*1. *& deciſ.*22. *n.*2. *lib. eodem.*
Læſivus autem dicitur contractus, quando Canones qui per 20. annos exiguntur, juſtum valorem rei in medietate excedant, *decis.*21. *lib.*4. *n.*3.
Item dicitur læſivus, ſi Canones conſtituànt majorem fructum, quàm faciant cenſus ſocietates officiorum, & loca montium, *decis.*21. *lib.*4. *n.*5.
Si in contractu emphyteutico adſit læſio locus, eſt reductioni Canonum, nec tribuenda eſt proprietario facultas reaſſumendi bona, *decis.*21. *lib.*4. *n.*10.
Læſivus non dicitur à principio contractus emphyteuticus, niſi juſtificetur valor bonorum de tempore conceſſionis, *decis.*21. *lib.*4. *n.*11.
Emphyteuta non reclamans de exceſſivo Canone, non præſumitur in illius taxatione læſus, *decis.*21. *lib.*4. *n.* 14. *& decis.*22. *n.*6. *lib. eodem.*
Quòd in caſu læſionis ſit in facultate proprietarii, vel reducere Canones, vel retro accipere bona, *decis.*21. *lib.*4. *numer.* 16.
In contractu emphyteutico ex quocumque caſu non intrat Canonum, & penſionis reductio, niſi tota perimat rei emphyteuticæ ſubſtantia, *decis.*21. *lib.*4. *n.*17. *& ſeqq.*
Idque procedit, ſive Canon ſit modicus, ſive magnus, *decis.*21. *lib.*4. *n.*18.
Emphyteuta renuncians exceptioni remiſſionis Canonum agere non poteſt ex capite læſionis, *decis.* 21. *lib.* 4. *numer.* 24.

Si emphyteuſis reddat tot fructus, qui ſufficiant pro Canonum ſolutione, tunc non datur reductio, *deciſ. 21. lib. 4. numer. 26.*
Si verò non reddat, tunc de æquitate conceditur reductio, etiam ſi adſit renuntiatio exceptioni remiſſionis, quando tamen læſio proveniat ex deſperata ſpe Percipiendi fructus ſufficientes in ulterioribus annis, *deciſ.21. lib.4. n.27.*
Per Canonum receptionem an cenſeatur remiſſa caducitas. *Vide* Caducitas.
A Canone an poſſit res emphyteutica etiam invito domino liberari mediante pretio, affirmativè, ſi concurrat favor cauſæ piæ, *deciſ.32. n.10. lib.4.*

## CANONICUS.

Canonicus in ſacris non conſtitutus non habet vocem in capitulo, *deciſ.23. lib.12. n.1. & 2.*
Habet tamen exercitium juris nominandi beneficiatos, quando nominatio non fit in capitulo, *deciſ.23. lib.12. n.3. & deciſ.4. n.2. lib. eodem.*
Nominationis commodum poteſt delegari etiam Canonico in ſacris non conſtituto, & vocem capitularem non habenti, *deciſ. 23. lib.12. n.4. & deciſ.24. n.20. lib.10.*
Sicuti de jure, quando jus conferendi ſpectat ad capitulum, non poteſt in eo ſe ingerere Canonicus, qui non ſit in ſacris conſtitutus; ita pariformiter, quando illud jus eſt diviſum per turnum, eidem Canonico in ſacris non conſtituto competere non poteſt, *deciſ.23. lib.12. num. 5. & ſeqq. & deciſ. 24. num.1. lib. eodem.*
Quando enim eſt facta iſta diviſio per turnum, Canonicus turnarius dicitur verè exercere jus conferendi nomine capituli, penes quod eſt jus conferendi in proprietate, & habitu, in actu verò reperitur penes Canonicum, licèt iſte procedat per viam nominationis; nam tale verbum debet intelligi juxta ſubjectam materiam, *deciſ.23. lib.12. n.8.*
Licèt Canonicus deſcriptus reperiatur in tabella turnaria, deſcriptio non tribuit ei illud jus, cujus eſt incapax, *deciſ. 23. lib.12. n.11.*
Canonicus ad ſacros non promotus, privatur quidem voce capitulari, ſed non privatur fructibus, & aliis juribus ratione præbendæ competentibus, & ſic nec jure conferendi, quod extra capitulum fit, *deciſ.23. lib.12. n.15.*
Id procedit de jure communi, non autem ex conſtitutione Nicolai 3. vigentis in Baſilica ſancti Petri, *deciſ.23. lib.12. num.16.*
Stante inhabilitate Canonici antecedentis in turno ſubintrat alius proximior capax, & habilis, *deciſ. 23. lib. 12. numer. 17.*
Collatio beneficii non eſt in ſimplici fructu, ſed eſt fructus, ſeu quaſi juris conferendi, & propterea participare non poteſt de ſimili fructu, niſi ille qui habet jus conferendi, *deciſ.23. lib.12. num.18.*
Quando jus conferendi eſt diviſum in turnum per Hebdomadas, ſi ille in cujus hebdomada accedit vocatio, eſt incapax, jus non devolvitur ad proximum in turno, ſed reaſſumitur jure proprio à capitulo, *deciſ.23. lib. 12. numer. 20.*
Ad effectum dignoſcendi, an canonicus turnarius conferat, vel nominet, obſervantia omninò eſt attendenda, *deciſ. 24. lib.12. n.3.*
In Capitulo Eccleſiæ ſancti Petri de Urbe adeſt inconcuſſa obſervantia, quòd Canonicus turnarius nominat, & capitulum ſubindè confert, *deciſ.24. lib.12. n.4. & ſeqq.*
Nominatio, quæ fit à Canonico ratione Canoniæ, poteſt, & ſolet extra capitulum exerceri, *deciſ. 24. lib. 12. numer. 20.*
Conſuetudo non admittendi ad emolumenta exequiarum Canonicos abſentes, etiam ex cauſa infirmitatis, eſt attendenda, *deciſ.25. lib.12. n.4.*
Et talis conſuetudo eſt conformis diſpoſitioni juris, cum iſto inſpecto nec legitimè impediti tales proventus percipiant *deciſ.25. lib.12. n.5.*
Canonici, qui ſunt commenſales, & familiares Epiſcopi, nequeunt in capitulo intervenire, & votare, quoties tractatur de rebus reſpicientibus commodum, & intereſſe Epiſcopi, & ſuorum, & id ex mente, & reſolutionibus S. Congregationis Concilii, *deciſ. 26. lib.12. n.1. & 2.*
Id autem non extenditur ad Canonicos, qui ſolùm fuerunt ab Epiſcopo proviſi, ſed non ſunt nec familiares, nec commenſales, *deciſ. 26. lib.12. n.23. & ſeqq.*

## CAPITULA.

Quando in capitulis fuit conventum, quòd ſuper contentis in eis deberet fieri publicum inſtrumentum, quidquid reperitur expreſſum in inſtrumento, virtualiter ineſſe cenſetur in ipſis capitulis, *deciſ.19. lib.6. n.10.*
Quando capitula ſunt dubia, tunc optimam declarationem recipiunt ex ſubſequenti inſtrumento, *deciſ. 19. lib. 6. numer. 11.*

## CAPITULUM.

Cum corpore capituli extranei miſceri non debent, *deciſ.27. lib.3. n.77.*
Limita, ſi in contrarium concurrat conſuetudo legitimè præſcripta, *deciſ.27. lib.3. n.38.*
Capitulum de jure habet ſimultaneam collationem beneficiorum unà cum Epiſcopo, *deciſ.10. lib.12. n.20.*

## CAPPELLANIA, ET CAPPELLANUS.

Cappellanus in Cappellania manuali, & amovibili, poteſt removeri etiam nulla urgente cauſa, *deciſ.11. lib.12. n.1.*
Nec Cappellano ſic remoto competit ullum remedium poſſeſſorium, *deciſ.11. lib.12. n.2.*
Non poteſt removeri, ſi remotio ex dolo, & odio proveniret, *deciſ.11. lib.12. n.3.*
Dolus autem, & odium debent concludenter probari, & excluditur, ſi fuerit ſubindè nominata perſona dilecta, *deciſ. 11. lib.12. n.4. & 5.*
Facultas removendi procedit in Cappellania laicali non in Eccleſiaſtica, *deciſ.11. lib.12. n.6.*
Remotio dicitur facta auctoritate Ordinarii, etiamſi iſta ex poſt ſuperveniat, *deciſ.11. lib.12. n.8.*
Cappellania ad hoc ut poſſit de laicali in Eccleſiaſticam, permutari, requiritur conſenſus expreſſus patroni, & Epiſcopi auctoritas, *deciſ.11. lib.12. n.7.*
Dicitur autem deficere patroni voluntas, ſi præſentavit amovibiliter Cappellanum, *deciſ.11. lib.12. n.8.*
In Cappellanum eſt eligendus is, in quem cadit veriſimilis mens teſtatoris, *deciſ.11. lib.12. n.9.*
De tali verò voluntate debet omninò conſtare, nam aliàs patronus hæres fundatoris poteſt extraneum præferre etiam ad excluſionem fratris fundatoris, *deciſ.11. lib.12. n.10.*

## CARDINALES.

Cardinales non poſſunt à Romana Curia abeſſe, & ſi habeant licentiam ſe abſentandi, adhuc retinent ibi domicilium, *deciſ.9. lib.4. a.33.*
Et habent privilegia quæ habitantibus conceduntur, *deciſ. 10. lib.4. n.22.*
Cardinales expreſsè excipiuntur à regula reſervatoria menſium, & in regula 70. declarantur exempti ſolùm à regulis poſtmodum edendis, *deciſ.21. lib.12. num.7. & deciſ. 22. num.17. lib. eodem.*
Cardinales tunc cenſentur ſub regulis Cancellariæ comprehenſi, quando iiſdem applicabilis eſt ratio earumdem regularum, *deciſ.21. lib.12. n.8. & deciſ.22. n.17. lib. eodem.*
Conſtitutio Innocentii XII. moderatoria indultorum, & facultatis teſtandi, conceſſorum Cardinalibus Romani Pontificis conſanguineis, & aliis etiam non conſanguineis cum reductione hujuſmodi indultorum ad formam aliis Cardinalibus concedi ſolitam, & cum extenſione talium indultorum ad favorem omnium Cardinalium, habetur *lib. 15. Conſtitut. 1. fol.* 384.
Alia ejuſdem conſtitutio ſuper facultatibus Cardinalis majoris penitentiarii habetur *lib.15. Conſtit.2. fol.* 386.

## CATASTRUM, SIVE ÆSTIMUM.

Cataſtrum non probat negativam exiſtentiæ aliorum bonorum, ideòque ſtatus hæreditarius ſuper eo firmari non poteſt, *deciſ. 24. lib.9. n.5.*
Cataſtrum probat identitatem bonorum, & quòd illa fuerint teſtatoris, *deciſ. 68. lib.10. num.5.*

## CAUSA.

Cauſæ non poſſunt dici connexæ, ubi concurrit diverſitas perſonarum, actionis, & intereſſe, *deciſ.4. lib.3. n.6.*
Cauſa tam poſſeſſionis, quàm principalis quæſtionis, apud eumdem judicem cognoſci debet, *deciſ.5. lib.3. n.6.*
Cauſæ dicuntur profanæ, quoties in illis de titulo beneficii principaliter non agitur, *deciſ.6. n.2. lib.3.*

## CEDENS.

*vide* Ceſſio.





## CENSUS IN GENERE.

Cenſus inter immobilia reputatur, *deciſ.7. lib.2. nu.6. & deciſ.8. num. 6. 13. & 16. & deciſ.9. num.3. & deciſ. 10. num. 3. lib. eodem.*
Cenſus dicitur ſitus in loco, in quo fundus reperitur, *deciſ. 8. lib.2. n.8.*
Cenſus venit in confiſcatione bonorum, & ex eo ſolvitur gabella debita ex contractu ſuper immobilibus, *dec. 8. lib. 2. n.14.*
Bulla Nicolai V. promittens cenſus ad rationem decem pro centenario, non fuit per aliam Beati Pii V. immutata, & revocata, *dec. 5. lib.5. n.23.*
Cenſus validitas in tribus conſiſtit, ſcilicet in interventu pecuniæ numeratæ in fundo certis finibus deſignato, & in irredimibilitate ex parte creditoris, atque redimibilitate ex parte debitoris *dec. 12. lib. 5. n.3.*
Pactum, quòd ſors cenſus ſit reſtituenda, quatenus aſſenſus regius pro hypothecatione fundi feudalis non impetretur, eſt validum, *deciſ. 12. lib.5. n.13.*
Pactum, quòd ſors reſtitui debet in caſu evictionis fundi, falſæ aſſertionis, vel nullitatis, non improbatur, *dec.12. lib.5. n.13. & 14.*
Ad hoc ut pacta importent redimibilitatem contrariam Bullæ Pianæ, debent continere conditiones purificabiles ad arbitrium creditoris, *deciſ. 12. lib. 5. n. 15.*
Pactum obligatorium ad reſtitutionem ſortis ob non ſolutionem, fructuum, irritatur, & non irritat, *deciſ.12. lib.5. n.16.*
Fructus ex cenſu nullo non debentur *deciſ. 13. lib.5. n.1.*
Ad verificandam clauſulam *Conſtito*, appoſitam in commiſſione ſanatoria cenſus, non requiritur præciſa, & extrinſeca probatio numerationis pecuniæ, ſed ſufficit ſimplex confeſſio de recepto, *deciſ.21. l. 5. n.7.*
Mora venditoris cenſus in non exigendo pecunias non præjudicat emptori, qui ſi nullum præſtiterit impedimentum, poteſt ſtatim licitè exigere fructus conventos, *deciſ. 21. lib.5. num. 9.*
Sanatio cenſus retrotrahitur uſque ab initio *deciſ. 21. lib. 5. num. 10.*
Licèt nullitas cenſus eſſet in judicium deducta, & canonizata per ſententiam, ſi in obtinenda ſanatione fuit talis ſententia expreſſa, cenſetur Papam voluiſſe derogare juri quæſito, *dec.12. lib.5. n.11. & deciſ.22. n.11. lib. eodem.*
Ex longa obſervantia in ſolutione fructuum, & ex ſuſceptione termini pro illis, qui adhuc non fuerant ſoluti, inducitur cenſus approbatio, *dec.22. lib.5. n.7.*
Cenſus non ſanatur, poſtquam nullitas fuit per ſententiam declarata, *dec.22. lib.5. n.10.*
Sors cenſus converſa in utilitatem Eccleſiæ eſt reſtituenda, etiamſi cenſus ſit nullus ex defectu beneplaciti, *deciſ. 23. lib. 5. n.1. & dec.24. n.1. lib. eodem.*
Fructus verò talis cenſus non debentur, quamquam pecuniæ fuerint implicatæ in conſtructione domus, niſi conſtet, quòd cum eis domus fuerit perfectionata, & reddita fructifera, *deciſ.23. lib. 5. n. 1.*
Et cenſu impoſito ab Eccleſia abſque beneplacito debentur fructus uſque ad diem, quo nullitas opponitur, cum ſit in implicito ſtatu validitatis, *dec.24. lib.5. n.4. & ſeqq.*
Et debentur etiam poſt oppoſitam nullitatem ratione damnorum, & intereſſe, quando conſtat, quòd pecuniæ cenſuales fuerunt implicatæ in emptione, vel conſtructione rei fructiferæ, *deciſ. 25. lib.5. n.1. & 2. & deciſ.26. n.1. lib. eodem.*
Efformato concurſu in bonis debitoris decocti poteſt creditor inſtare pro repetitione ſortis principalis cenſus, *deciſ. 27. lib.5. n.4. dec.41. n.4. & deciſ.42. n.4. lib. eodem.*
Creditor cenſus, ſi habeat facultatem exigendi ſortem depoſitatam, & diſtulerit, non poteſt fructus prætendere, *deciſ. 27. lib.5. n.9.*
Requiritur autem, quòd præceſſerit diſdicta, & creditor cogi poſſit ad ſortis repetitionem *dec. 27. lib.5. n.10. & 11.*
Cenſus impoſitus ſuper re fideicommiſſaria ſubſtinetur ratione detractionum, *dec. 27. lib. 5. n. 12. & dec.28. num. 5. lib. eodem.*
Ad hoc ut cenſus impoſitus ſuper re fideicommiſſi poſſit impugnari, debet probari, detractiones fuiſſe de tempore impoſitionis conſumptas, cum cenſus habeat præſumptionem validitatis, *dec.27. lib.5. n.16.*
Fructus cenſus uſque ad diem diſdictæ decurſi, inviolabiliter ſolvi debent, *dec.32. lib.5. n.1.*
Minor ex ſe ipſo non poteſt validè cenſum retrovendere, *deciſ. 37. lib.5. n.6.*
Impoſitio cenſus probatur per inſtrumentum, *deciſ. 39. lib. 5. num.1.*
Graduatio etiam inſtante creditore cenſus facta non neceſſitat creditorem ad ſtatim exigendum pecunias, cum habeat bimeſtre à Piana conſtitutione elargitur, *deciſ. 41. lib.5. n.5. & dec. 42. n.6. lib. eodem.*
Ideòque pendente bimeſtre poteſt fructus exigere, *deciſ.41. lib.5. n.6. & dec.42. n.6. lib. eodem.*
Repoſitum factum per aliquot dies poſt lapſum bimeſtre, ſi proveniat ex culpa creditoris, qui pecunias recipere neglexit, non cauſat nullitatem extinctionis, *deciſ. 43. lib. 5. num. 1.*
Et habetur ac ſi eſſet factum intra bimeſtre, nec debitor tenetur ad fructus alterius bimeſtris, *deciſ. 43. lib. 5. num. 2.*
Cenſus ſuper, & quandocumque redimi poteſt, *deciſ.46. lib. 5. num.20.*
Fructus cenſus debentur poſt illius reviviſcentiam, *deciſ. 6. lib.6. num. 4.*
Sors cenſus eſt irrepetibilis, *dec.97. lib.10. n.17.*
Creditori cenſus an & quomodo competat prælatio ſuper fundo cenſito *Vide* Prælatio.

## CENSUS QUOAD EXTINCTIONEM.

Inſtantia pro reſtitutione ſortis principalis cenſus facit, ut ille remaneat extinctus, *dec.12. lib.5. n.18.*
Declara, ſi ſequatur effectiva ſortis reſtitutio, ſecus contra, *dec. 12. lib.5. n.18.*
Nec concurſus, nec graduatio operatur extinctionem cenſus non ſubſequuta actuali ſortis reſtitutione, *deciſ. 2. lib. 5. num.19.*
Cenſus ſtatim remanet extinctus, ſi ſors effecta fuit ad arbitrium creditoris repetibilis, *dec.27. lib.5. n.3. & deciſ. 31. n. 2. & dec. 32. n. 4. & 5. lib. eodem.*
Efformato concurſu in bonis debitoris decocti, poteſt creditor inſtare pro repetitione ſortis principalis cenſus, *dec.27. lib.5. n.4. deciſ.41. n.4. & deciſ.42. n.4. lib. eodem.*
Exigitur, ut per concurſum cenſus extinguatur, quòd creditor compareat, inſtet pro ſortis repetitione, & concurrat non pro obſervantia contractus cenſualis, ſed pro ejus deſtructione, *deciſ.27. lib.5. n.5. & deciſ.28. n.1. & deciſ.29. n. 4. & ſeqq. & deciſ.31. n.3. lib. eodem.*
Et inſuper quòd actualiter ex bonis debitoris pro ſorte, & fructibus ſatisfactionem conſequatur, *deciſ.27. lib.5. n.6. & deciſ.29. n. 6. & deciſ.20. n.6. lib. eodem.*
Etiamſi agatur de concurſu efformato in congregatione baronum, tamen cenſus non remanet extinctus, *deciſ. 28. lib. 5. num.2. & 3.*
Cenſus non remanet extinctus ex inſtantia creditoris, vel pro ſortis depoſito loco cautionis, vel pro præſtatione fidejuſſionis, *deciſ. 27. lib.5. n.7.*
Ad hoc ut cenſus extinguatur, exigitur actus retroſimilis, ideòque facultas agendi pro ſortis repetitione, & voluntas illam repetendi, non operatur extinctionem, *deciſ. 27. lib.5. n. 8. & deciſ.29. n.6. lib. eodem.*
Creditor cenſus ſi habeat facultatem exigendi ſortem depoſitatam, & diſtulerit, non poteſt fructus prætendere, *deciſ. 27. lib.5. n.9.*
Requiritur autem, quòd præceſſerit diſdicta, & creditor cogi poſſit ad ſortis repetitionem, *deciſ. 27. lib. 5. num. 10. & 11.*
Cenſus extinguitur per evictionem fundi cenſiti, *deciſ. 29. lib. 5. n.2.*
Limita, ſi in caſu evictionis conventum fuerit, quòd alius certus fundus intelligatur ſubrogatus *deciſ.29. lib.5. n.3. & deciſ. 31. n.5. & 6. lib. eodem.*
Cenſus non poteſt dici extinctus, ſi creditor ſortem ad ſui libitum exigere non valet, *deciſ.29. lib.5. n.7.*
Cenſus per expeditionem mandati pro ſorte in vim diſdictæ non remanet extinctus, niſi debitor per actum retroſimilem procuret creditoris ſatisfactionem, illaque ſequatur, *deciſ. 32. lib.5. n.6.*
Cenſus non remanet extinctus ex ſola immiſſione pro ſorte, & fructibus, ſi facta deliberatione pretium bonorum non ſufficiat, *deciſ.23. lib.5. n.7.*
Minuſque per ſolam aſſignationem factam etiam pro ſorte, ſi effectus aſſignati exigi non potuerint, *deciſ. 32. lib. 5. num. 8.*
Extinctio non probatur ex confeſſione præſuppoſitiva creditoris, niſi ſit aliundè adminiculata, *deciſ.37. lib.5. n.2. & deciſ. 38. n.1. lib. eodem.*
Cenſus extinctio, non ſolet fieri, niſi mediante inſtrumento, & numeratione pecuniarum, *deciſ.37. lib. 5. n.3.*
Si deficiat inſtrumentum extinctionis, potiùs deferendum eſt conjecturis extinctionem excludentibus, quàm aliis illam ſuadentibus, *deciſ. 37. lib.5. n.4.*

Eſt in veriſimis confeſſio extinctionis cenſus, ſi illa per inſtrumentum non appareat, deciſ. 37. lib. 5. n. 5.
Minor ex ſe ipſo non poteſt validè cenſum retrovendere, dec. 37. lib. 5. n. 6.
Exceptio extinctionis cenſus, quando eſt debita, non retardat ſolutionem fructuum, deciſ. 37. lib. 5. n. 11. & deciſ. 38. n. 4. lib. eodem.
Exceptio extinctionis turbida non poteſt retardare immiſſionem, deciſ. 39. lib. 5. n. 2.
Dicitur autem turbida, ſi ex conjecturis deſumatur, deciſ. 39. lib. 5. num. 3.
Silentium in petendis fructibus, ſi poteſt referri ad ignorantiam, non convincit extinctionem, deciſ. 39. lib. 5. numer. 4.
Graduatio etiam inſtante creditore cenſus facta non neceſſitat creditorem ad ſtatim exigendum pecunias, cum habeat bimeſtre à Piana conſtitutione elargitur, deciſ. 41. lib. 5. n. 5. & deciſ. 42. num. 6. lib. eodem.
Ideòque pendente bimeſtre poteſt fructus exigere, deciſ. 41. lib. 5. n. 6. & deciſ. 42. n. 6. lib. eodem.
Depoſitum factum per aliquos dies poſt elepſum bimeſtre ex culpa creditoris, qui pecunias recipere neglexit, non cauſat nullitatem extinctionis cenſus, deciſ. 43. lib. 5. n. 1.
Et tali caſu cenſetur factum intra bimeſtre, nec debitor tenetur fructus alterius bimeſtris incepti perſolvere, deciſ. 43. lib. 5. num. 2.
Depoſitum factum cum conditione, quòd pecuniæ conſignentur cui de jure, quando creditor cenſus erat debilis involutus, & creditores ſuper cenſu concurrebant, non dicitur conditionale, ſed purum, & liberum, atque ſuffragat pro extinctione inducenda, & cum ad hunc effectum ſufficiat, quòd depoſitum ſit ex parte debitoris irrevocabile, deciſ. 43. lib. 5. num. 3.
Cenſus ſtatim extinguitur, ſi creditor acquirat fundum cenſitum, deciſ. 44. lib. 5. n. 1.
Limita, ſi acquiſitio non fuerit facta ex titulo cenſus, ſed ex alio diverſo, quia tunc creditor duplicem repræſentat perſonam, deciſ. 44. lib. 5. num. 2.
Item limita, ſi alter remaneat fundus, ſuper quo pariter cenſus impoſitus fuit, deciſ. 44. lib. 5. n. 3.
Taliſque fundus præſumitur capax, & ſufficiens pro toto cenſu, niſi contrarium demonſtretur per debitorem, deciſ. 44. lib. 5. num. 4. & 5.
Cenſus per diſdictam non extinguitur, ſed durat per totum bimeſtre, deciſ. 45. lib. 5. num. 5. & deciſ. 46. num. 18. lib. eodem.
Cenſus benè extinguitur cum cedente, ſi ceſſio non fuerit debitori intimata, deciſ. 46. lib. 5. n. 10. & 11.
Cenſus ſemper, & quandocumque redimi poteſt, deciſ. 46. lib. 5. num. 20.

## CENSUS QUOAD FUNDUM.

Cenſuarius ſuper fundo cenſito habet ſpecialem hypothecam, quæ tribuit jus in re, deciſ. 3. lib. 1. n. 10. & 12.
Cenſus dicitur ſitus in loco, in quo fundus reperitur, deciſ. 8. lib. 2. num. 8.
Super cenſu poteſt imponi alter cenſus, cum ſit res ſtabilis ad quoſcumque juris effectus, deciſ. 8. lib. 2. n. 15.
Hypothecatio generalis omnium bonorum non importat nullitatem cenſus, ſi antecedenter fuit conſtitutus certus fundus, deciſ. 12. lib. 5. n. 12.
Subrogatio novi fundi, eveniente evictione primi, licitè in inſtrumento conveniri poteſt, deciſ. 30. lib. 5. n. 2.
Deſignatio fundi certis finibus non eſt neceſſaria, ubi adſunt alia verba ipſum fundum certificantia, deciſ. 30. lib. 5. num. 4.
Cenſus paſſim conſtituitur ſuper fundis excedentibus pretium cenſus, deciſ. 30. lib. 5. num. 5.
Licèt fundus ex facto debitoris effectus fuerit ſterilis, tamen fructus debentur, deciſ. 33. lib. 5. n. 2. & deciſ. 34. n. 3. & deciſ. 35. n. 9. & 10. lib. eodem.
Redditus fundi cenſiti præſumuntur ſufficientes pro fructibus cenſus, & debitori contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, neque hæc probatio eruitur ex unica locatione, deciſ. 33. lib. 5. num. 3. & deciſ. 344. numer. 4. & 5. lib. eodem.
Fundus cenſitus ſi tot fructus non reddat, quot fuerunt taxati in conſtitutione cenſus fit cenſus reductio, ſed non irritatur, deciſ. 33. lib. 5. num. 4.
Cenſus ſuper re ſacra imponi non poteſt, deciſ. 35. lib. 5. num. 4.
Neque ſuper loco deſerto, & infructifero, deciſ. 35. lib. 5. num. 4.
Non exigitur, quòd cenſus imponatur ſuper fundo actualiter fructifero, ſed ſufficit, quòd ſit aptum ad fructus ferendos, deciſ. 35. lib. 5. num. 8.
Creditori cenſus an, & quomodo competat ſuper fundo cenſito prælatio, Vide Prælatio.

## CENSUS QUOAD NUMERATIONEM PÆCUNIÆ.

Numeratio volita per Bullam Pianam, probatur ex ipſo cenſus inſtrumento, quo exprimitur, pecunias fuiſſe numeratas, deciſ. 11. lib. 5. numer. 2. & deciſ. 12. lib. 5. numer. 4.
Et talis numeratio præſumitur etiam de jure interveniſſe, deciſ. 11. lib. 5. num. 3.
Quando numeratio pecuniæ intervenit per moſtra, cenſus eſt nullus, deciſ. 12. lib. 5. num. 5. & deciſ. 13. num. 2. lib. eodem.
Ad effectum elidendi probationem numerationis pecuniæ ex inſtrumento reſultantem, non ſufficiunt præſumptiones, & conjecturæ, deciſ. 12. lib. 5. n. 6.
Cenſus non dicitur nullus, ex quo debitor pecunias cenſuales creditori reſtituerit ex cauſa alterius debiti, deciſ. 11. lib. 5. n. 4. & deciſ. 12. n. 7. lib. eodem.
Etiamſi præceſſerit extinctio debiti per confeſſionem de recepto adimpletam, deindè mediante numeratione cum pecuniis ad cenſum receptis, deciſ. 12. lib. 5. num. 8.
Ac etiam ſi debitum præcedens non ſubſiſteret, nec dèberetur, deciſ. 12. lib. 5. n. 9. & 11.
Cenſus impoſitus cum pecunia, quæ non tranſivit in liberum dominium debitoris, ſed ſtatim ex conventione erat reſtituenda, non ſubſtinetur, deciſ. 13. num. 2. & 4. & ſeqq. lib. 5.
Cenſus impoſitus ex credito eſt nullus, deciſ. 13. lib. 5. num. 3.
De jure cenſus imponi poſſet ex fructibus alterius cenſus, niſi obſtaret Bulla Piana, deciſ. 14. lib. 5. num. 5. & 10.
In creatione cenſus exigitur numerata pecunia, & ſi integra non numeretur, cenſus corruit in totum, deciſ. 21. lib. 5. num. 1.
Numeratio pecuniæ in creatione cenſus poteſt ſuppleri per æquippollens, adeout ſi conſtet, non interveniſſe fraudem cenſus, abſque actuali numeratione ſubſtineatur, deciſ. 21. lib. 5. num. 3.
Cenſus creatus mediante cedula eſt validus, deciſ. 21. lib. 5. num. 4.
Ad verificandam clauſulam Conſtito, appoſitam in commiſſione ſanatoria cenſus non requiritur præciſa, & extrinſeca probatio numerationis pecuniæ, ſed ſufficit ſimplex confeſſio de recepto, deciſ. 21. lib. 5. n. 7.
Cedula ſupplet vices pecuniæ, etiamſi in ea adſint vincula, quæ tamen non poſſent impedire exactionem, deciſ. 21. lib. 5. num. 8.
Cenſus conſtitutus cum ordine alicui banco directo, eſt nullus, deciſ. 22. lib. 5. num. 1.
Si tamen ordo fuerit exactus, poteſt mediante arbitrio à Pontifice conceſſo ſanari, deciſ. 22. lib. 5. n. 2. & 3.
Cenſus conſtitutus mediante ordine non ſemper irritatur, cum ſoleat ſubſtineri, ubi facti circumſtantiæ oſtendunt, nullam interveniſſe fraudem, deciſ. 22. lib. 5. numer. 4. & ſeqq.
Cenſus impoſitus cum pecuniis exactis vigore ordinis, & concurſis in extinctionem alterius cenſus, ſubſtinetur, deciſ. 22. lib. 5. num. 8. & 9.

## CENTENARIA.

Poſſeſſio centenaria habet eumdem effectum, ac immemorabilis, deciſ. 27. lib. 3. numer. 22. & deciſ. 28. num. 1. lib. eodem.
Centenaria tribuit quemcumque meliorem titulum de mundo, habet vim privilegii, & æquiparatur immemorabili, deciſ. 28. lib. 7. num. 6.
In Conſtitutione Urbani VIII. ſuper præjudicialibus Eccleſiæ legitur præſervata centenaria, deciſ. 28. lib. 7. n. 7.
Productio tituli invalidi ceſſare facit præſumptionem alterius tituli, deciſ. 38. lib. 10. numer. 3. deciſ. 3. lib. 13. num. 10.

## CESSIO.

Ceſſionarius in omnibus perſonam cedentia repræſentat, deciſ. 8. lib. 5. n. 7.
Actiones directæ numquam præſumuntur translatæ in ceſſionarium, ſed remanent penes cedentem, qui earum vigore agere poteſt, deciſ. 20. lib. 5. num. 10.





Ceſſionarius majora jura quàm cedens habere non poteſt, deciſ. 40. lib. 5. num. 8.
Cedens, qui tenetur docere de veritate crediti ceſſi, ſi de eo doceat, poſt quam ceſſionarius contra eum egit, & obtinuit reſtitutionem pecuniarum ſolutarum ex cauſa ceſſionis, nihil prodeſt, nec repetitionem prætendere valet, deciſ. 42. lib. 5. num. 2.
Debitum rectè extinguitur cum cedente, ſi ceſſio non fuerit debitori intimata, deciſ. 46. lib. 5. n. 10. & 11.
Secùs autem ſi ceſſio fuerit intimata, deciſ. 47. lib. 5. n. 9.
Ceſſio jurium per debitorem reportata remanet prorſus ineſficax deciſ. 17. lib. 6. nu. 1.
Exceptio cedendarum ſemper creditori obſtat, quoties hic ex proprio facto jura inutilia reddidit, deciſ. 17. lib. 6. nu. 30. & deciſ. 18. nu. 5. lib. eodem.
Fidejuſſor poteſt à creditore petere ceſſionem jurium, deciſ. 18. lib. 6. num. 1.
Hæres debitoris non poteſt petere, ut actiones ſibi à creditore cedantur, neque iſtum repellere exceptioni cedendarum, deciſ. 18. lib. 6. nu. 6.
Si ceſſio nominis debitoris ſit facta cum plena translatione dominii ad favorem ceſſionarii præſentis, & acceptantis, dicitur facta pro ſoluto, deciſ. 31. lib. 6. nu. 31.
Et tunc tam dominium, quàm periculum ſpectat ad ceſſionarium, non autem ad cedentem, qui tenetur ſolum de veritate, non autem de exigibilitate nominis ceſſi, deciſ. 31. lib. 6. num. 32.
Limita, ſi ceſſionarius acceptaverit nomen ceſſum pro ſolvendo, & non pro ſoluto, deciſ. 31. lib. 6. n. 33. & ſeqq.
Ceſſionarius habet eamdem anterioritatem, quam cedens habebat, deciſ. 50. lib. 6. n. 35.
Secunda ceſſio intelligitur facta de portione, quæ penes cedentem remanſerat, deciſ. 6. lib. 10. nu. 8.
Prima ceſſio debet ſecundæ prævalere, deciſ. 6. lib. 10. n. 10.
Maximè ſi in prima adſit juramentum, obligatio cameralis, & pactum de non cedendo, deciſ. 6. lib. 10. nu. 11.
Vide Subingreſſus.

## CIRCUITUS.

Circuitus inutiles ſunt vitandi, deciſ. 24. lib. 9. nu. 2.

## CITATIO.

Citatio præſumitur contra omnes in ea deſcriptos executa, licèt curſor generaliter retùlerit ſe perſonaliter citaſſe, non facta perſonarum enumeratione, deciſ. 26. lib. 4. n. 1.
In judicio contra plures fratres ſufficit citare majorem, qui negotia communia gerit, deciſ. 26. lib. 4. n. 2. & 3.
Ex tribus citationibus domi dimiſſa copia ſanatur defectus citationis perſonalis, deciſ. 28. lib. 4. nu. 2.
Item ſanatur ex ſubſecuta comparitione Procuratoris, etiam generaliter conſtituti, deciſ. 28. lib. 4. n. 3.
Ex quo non fuerit citatus cohæres, non poteſt deſumi aliqua nullitas, quando mandatum, vel ſententia fuit lata favore hæreditatis, deciſ. 12. lib. 7. nu. 2.
Citatio perſonæ Eccleſiaſticæ facta coram judice laico cum clauſula ſi ſua putaverit intereſſe, ſubſtinetur, & efficit, quia facit reum voluntarium, deciſ. 23. lib. 9. n. 6. & 7.
Citationis defectus annulat ſententiam, deciſ. 11. lib. 10. nu. 3. & deciſ. 20. lib. 14. nu. 4.
Nullitatem ex defectu citationis allegare non valet ille, qui in principio fuit citatus pro omni ſuo prætenſo jure, & intereſſe, & nullum jus deduxit, deciſ. 40. lib. 10. nu. 1.
Licèt in aliquibus Tribunalibus poſt concluſum in cauſa non requiratur ulterior citatio, tamen id non procedit, quando per intermediam jurium productionem fuit concluſio circumducta, deciſ. 20. lib. 14. nu. 6.

## CIVIS.

De quæſtione, an natus caſualiter in aliquo loco, efficiatur illius loci civis, vel potiùs attendatur origo, & domicilium paternum. Vide remiſſivè, deciſ. 25. lib. 3. nu. 1.
Quando ſtatutum per verba naturalia exigit veram, & ſimplicem nativitatem in loco, tunc hæc ſufficit, & attenditur, etiamſi ſit fortuita, nec reſpicitur domicilium paternum, deciſ. 25. lib. 3. nu. 2.
Si unà cum nativitate concurrat admiſſio ad civilitatem, nullum dubium, quòd quis non ſit verus civis, deciſ. 25. lib. 3. num. 3.
An autem ultra admiſſionem ſit neceſſaria habitatio cum ſolutione onerum, deciſ. 25. lib. 3. nu. 4.
Qui ad jura civica alicujus civitatis, vel nationis, admitti cupit, ejus ſtatutis, & legibus ſubjacere tenetur, deciſ. 25. lib. 3. num. 7.
Veneti non gaudent civilitate Ravennæ, licèt hæc Civitas fuerit ſub eorum gubernio, & in capitulationibus pacis fuerit eis tributa facultas poſſidendi in ejus Territorio, deciſ. 17. lib. 4. nu. 12. & ſeqq.
Filius accidentaliter alibi natus, civilitatem paternam non amittit, deciſ. 46. lib. 5. nu. 2.
Fœmina civilitatem non perdit, ex quo nupta ſit extero, deciſ. 46. lib. 5. n. 3.

## CLAUSULÆ IN GENERE.

Clauſulæ acceſſoriæ non immutant naturam actus, deciſ. 31. lib. 6. num. 38.
Clauſulæ in contractu appoſitæ, utrumque contrahentem afficere debent, deciſ. 15. lib. 7. nu. 5.
Clauſulæ reſolutivæ, in caſu contrario removent conſenſum ab actu, deciſ. 10. lib. 11. nu. 10.
Clauſulæ derogatoriæ de jure quæſito &c. reſtringuntur ad limites voluntatis in diſpoſitione Brevis contentæ, deciſ. 17. lib. 11. num. 15.

## CLAUSULA CODICILLARIS.

Vide Teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis.

## CLAUSULA CONSTITUTI.

Clauſula conſtituti appoſita in actu nullo, nullum operatur effectum, deciſ. 5. lib. 1. nu. 8.
Clauſula conſtituti veram & manutenibilem poſſeſſionem transfert, dec. 9. lib. 4. n. 1. & dec. 113. lib. 10. n. 2. & dec. 24. lib. 11. num. 2.
Tribuit Emphyteutæ, & ſucceſſivè vocatis omne remedium retinendæ, ſeu recuperandæ, dec. 30. lib. 4. n. 2.
In vim clauſulæ conſtituti datur aſſociatio, dec. 2. lib. 5. nu. 2. & deciſ. 37 n. 1. lib. eodem.
Clauſula conſtituti nihil operatur reſoluto contractu principali, deciſ. 14. lib. 7. nu. 9.
Clauſula conſtituti transfert dominium ipſo jure, dec. 45. lib. 9. n. 18. dec. 105. l. 10. n. 5. & dec. 106. n. 5. lib. eodem.
Dicta clauſula in diſpoſitionibus ſucceſſivis, & in fideicommiſſis expirat in primo vocato nec prodeſt ſubſtitutis, dec. 113. lib. 10. n. 27. & 28. & deciſ. 114. n. 3. lib. eodem.
Et ſi ſit appoſita etiam ad favorem omnium vocatorum, neceſſe eſt, ut qui ea juvari intendit, probet ſe eſſe de vocatis, taliſque probatio non convenit poſſeſſorio, dec. 113. lib. 10. n. 29. & dec. 114 n. 4. lib. eodem.
Clauſula conſtituti, quando eſt appoſita in teſtamento favore abſentis, ad hoc ut operetur, debet concurrere ſcientia, & acceptatio conſtitutarii, & hæc ſuperveniat, poſtquam alter poſſeſſionem occupavit, non retrotrahitur, & remanet inefficax deciſ. 24. lib. 11. n. 4.
Quòd ad hunc effectum ſcientia reducatur ex cohabitatione, & ex ſimplici ſcientia oriatur acceptatio, quando verſamur in lucrativis, dec. 24. lib. 11. n. 5. & 6.
Et ex quibus aliis circumſtantiis hæc ſcientia deſumatur, dec. 24. lib. 11. n. 7.
Si quis por decennium permittat alterum poſſidere, ceſſat efficacia clauſulæ conſtituti, deciſ. 24. lib. 11. n. 16.

## CLAUSULÆ IN SPECIE.

Clauſula ad habendum ponens &c. in dubio operatur translationem dominii, deciſ. 31. lib. 6. n. 37.
Dicta clauſula non alterat naturam emphyteuſis pactionatæ, deciſ. 16. l. 4. nu. 10.
Quòd in emphyteuſi importet facultatem alienandi, deciſ. 25. lib. 4. num. 1.
Clauſula de gradu in gradum non importat novam vocationem ab expreſſa, nec nulla addit qualitatem vocatis, ſed ſolùm deſignat ordinem ſuccedendi ad excludendum concurſum ſimultaneo, deciſ. 14. lib. 10. nu. 10.
Clauſula dummodo alteri non ſit jus quæſitum præſervat jus validum & præfectè queſitum, non autem invalidum, deciſ. 12. lib. 12. num. 6.
Clauſula dumtaxat eſt reſtrictiva, & limitat, ac alia excludit, deciſ. 1. lib. 2. nu. 32.
Clauſula ex nunc inducit retrotractionem ad initium, deciſ. 50. lib. 6. n. 24. & deciſ. 24. nu. 11. lib. 12.
Clauſula non alias removet conſenſum ab actu, requiritur præciſum implementum, & apperit locum reſolutioni, dec. 14. lib. 7. n. 5. & dec. 26. lib. 10. n. 18. & deciſ. 50. n. 12. lib. eod. & deciſ. 10. lib. 11. num. 10.

Clauſula *omni meliori modo* tribuit facultatem hæredi ſcripto capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, decif. 17. lib. 9. num. 16.
Et operatur, ut actus conferatur ad tempus habile, & cum inhabili jungatur, decif. 114. lib. 10. nu. 12.
Clauſula *parito judicato* operatur refectionem expenſarum, & paritionem contentorum in re judicata, dec. 9. lib 3. nu. 13.
Clauſula *quam*, & *quia* in commiſſione inſerta efficit, ut judex ad quem poſſit procedere tamquam in prima, etiam non revocata antecedenti ſententia, dec. 11. lib. 10. nu. 9.
Clauſula *ſine præjudicio ambarum partium*, eſt præſervativa jurium tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, dec. 8. lib. 4. n. 13.
Clauſula *ſine præjudicio jurium* reſervat omnia jura etiam minima, decif. 46. lib. 5. nu. 29.
Clauſula *ſine præjudicio*, cum qua commiſſa eſt cauſa, efficit, ut non poſſit impediri executio, dec. 4. lib. 4. nu. 6.
Clauſula *ſi quidem exequendum*, cum qua ſignatura reſcripſit, efficit, ut dubitari non poſſit de via executiva, dec. 4. lib. 1. nu. 7. & decif. 20. lib. 6. nu. 12.
Clauſula *ſublata*, & *decretum irritans* facultatem adimit impugnandi breve Apoſtolicum non obtenta priùs oris aperitione, dec. 2. lib. 4. nu. 5.
Clauſula *ſupplentes* valida approbat, & invalida roborat, atque vivificat, decif. 2. lib. 2. nu. 36.

CLERICATUS.

Clericatus probatur ex confeſſione partis, decif. 13. lib. 12. num. 1.
Item ex retentione beneficiorum, decif. 13. lib. 12. nu. 1.
Ex munere inquiſitoris Apoſtolici in Hiſpania, decif. 13. lib. 12. num. 1.
Ex litteris in forma gratioſa obtentis in dataria, dec. 13. lib. 12. num. 2.

CLERICUS.

Clericus etſi filius familias poteſt teſtari, & donare cauſa mortis, cum clericatus ſolvat vinculum patriæ poteſtatis, dec. 7. lib. 2. nu. 3.
Clerici appellatione civium in favorabilibus continentur, decif. 26. lib. 9. nu. 9.
Clericatus ſuperveniens non prodeſt, ut quis fruatur privilegio, licèt ante iſte reputaretur tamquam clericus, decif. 103. lib. 10. nu. 9.
Clericus debet ſe à mechanicis artibus abſtinere, decif. 11. lib. 11. num. 6.
Clericis, ſeu Eccleſiaſticis eſt interdicta negotiatio, decif. 4. lib. 14. num. 6.
Et in ſpecie venditio nivis, decif. 4. lib. 14. nu. 7.
Poſſunt tamen ea, quæ ſuperſunt vendere & talis venditio non dicitur negotiatio, decif. 4. lib. 14. nu. 8.
Sed exigitur, quòd concurrat bona fides, & quòd acceptoriè, & non lucri cauſa fiat venditio, decif. 4. lib. 14. n. 9. & 10.

CLERICUS QUOAD STATUTA LAICALIA.

Clericus non ſubjacet ſtatuto laicali, decif. 10. lib. 6. nu. 2.
Poteſt tamen eo uti per modum privilegii, dec. 26. lib. 6. nu. 17. & dec. 26. lib. 9. n. 6. & ſeqq. & decif. 61. n. 9. lib. eodem, & decif. 22. lib. 11. nu. 6.
Quamvis Clericus poſſit per modum privilegii uti ſtatuto laicali, debet tamen à principio declarare ſe velle uti ſtatutaria diſpoſitione, aliàs declaratio facta ex poſt non ſuffragat, decif. 10. lib. 6. n. 3. & decif. 26. n. 18. & dec. 27. n. 7. lib. eodem & decif. 26. lib. 9. nu. 10.
Ex relatione habita à Clerico ad aliquod capitulum ſtatuti, vel ad aliquam ejus qualitatem non indè cenſetur, quòd ſe voluerit illi ſubmittere in reliquis, dec. 26. lib. 6. nu. 19.
Voluntas Clerici utendi ſtatuto debet eſſe omninò certa, non deducta ex levibus inductionibus, & argumentis, decif. 22. lib. 11. nu. 7. & 8.
Clericus inteſtatus moriens cenſetur ſe cum jure communi conformare voluiſſe, non autem cum municipali ſtatuto, decif. 26. lib. 6. n. 20. & decif. 27. nu. 8. lib. eodem.
Statutis, & ordinationibus laicorum editis pro bono publico æquitas ſuadet, ut Eccleſiaſtici per ſuos ſuperiores ſubmittantur, decif. 2. lib. 4. nu. 1.
Statutum excluſivum fœminarum non comprehendit hæreditatem clerici, dec. 27. lib. 6. n. 2. & dec. 20. lib. 11. nu. 4. ubi de ſtatuto Urbis, & dec. 21. nu. 5. & dec. 35. lib. eod. n. 7.
Statutum laicale non ligat clericos, etiamſi ſit eis favorabile, decif. 26. lib. 9. nu. 5.
Teſtamentaria diſpoſitio clerici debet ad formam ſtatuti, etiam laicalis, interpretari, quando iſtud eſt ei favorabile, & cenſetur, quòd ipſo uti voluerit, & cum eo ſe conformare, eo ipſo quòd nihil contra formam ſtatuti diſpoſuerit, decif. 26. lib. 9. num. 11.
Teſtamentum, in quo ſunt vocati clerici, eſt exemptum à diſpoſitione ſtatuti laicalis, dec. 61. lib. 9. n. 8. & dec. 62. n. 13. lib. eodem.
Et ſufficit etiam vocatio clerici poſt varias ſubſtitutiones, ſi tamen illa poterat etiam in primo gradu verificari ob prædeceſſum, & deficientiam aliorum, dec. 61. lib. 9. n. 9. & dec. 62. nu. 13. lib. eodem.
Licèt clericus poſſit per modum privilegii uti ſtatuto laicali, tamen id procedit, quando agitur de his, quæ pendet à voluntate clerici, non autem quando agitur de interpretando teſtamento laici ad favorem clerici; nam hoc caſu attendenda eſt voluntas diſponentis, dec. 61. lib. 9. nu. 9.
An ſtatuentes poſſint prohibere, ne clerici utantur beneficio ſtatuti, etiam per modum privilegii, decif. 61. lib. 9. num. 10.
Conſtitutio Innocentii XI. mandans, ut ſtatuta excluſiva afficiant etiam clericos procedit in hæreditatibus poſt conſtitutionem deferendis non in anteà delatis, dec. 20. lib. 11. n. 5. & decif. 22. à n. 3. lib. eodem.
Dicta conſtitutio edita fuit ad effectum conſulendi conſervationi agnationis, ideòque non ſe extendit ad ſtatuta, quæ, agnationi minimè proſpiciunt, dec. 21. lib. 11. nu. 6. & ſeqq.
Clericus non comprehenditur ſub ſtatuto excluſivo fœminarum, licèt ſuccedat per viam repræſentationis, ſubingrediendo in locum matris; nam repræſentatio fit quoad ſolum gradum, & non quoad perſonam, & id ſive ſimus in deſcendentibus, ſive in collateralibus decif. 23. lib. 11. per totam, & reſponſ. 2. nu. 136. fol. 489. tom. 2.
Clerici, aliique Eccleſiaſtici non ligantur ordinationibus & privilegis conceſſis à Principibus laicis, dec. 4. lib. 14. n. 1.
Et licèt ordinationibus laicorum ſaltem directivè ſubjiciantur ratione publici boni, tamen non quodcumque publicum bonum ſufficit, ſed requiritur, vel ut tale bonum obtineri non poſſit, niſi cum ſubjectione clericorum, vel quòd illud concernat utilitatem, & conſervationem ipſorum, & quòd à ſolius laicis ſuppleri non poſſit, dec. 4. lib. 14. n. 2. & ſeqq.

COADJUTOR, ET COADIUTORIA.

Gratia coadjutoriæ nil habet de præterito, ſed totam vim recipit à futuro, & conſequenter habetur pro mera expectativa, dec. 19. lib. 12. n. 8. & dec. 20. n. 8. lib. eodem.
Coadjutor Epiſcopi non dicitur actu Epiſcopus, decif. 19. lib. 12. n. 11. & decif. 20. n. 2. lib. eodem.
Coadjutores nullum habet jus in re, ſed ſolùm in ſpe, & primum incipiunt unicè habere poſt mortem coadjuti, decif. 19. lib. 12. n. 13. & 14.
Coadjutoria non importat incompatibilitatem, quoties ex litterarum tenore nullum legatur impoſitum onus reſidendi, decif. 19. lib. 12. n. 15. & dec. 20. n. 5. lib. eodem.
Maximè in Germania ubi ut plurimum magnates etiam ætate inhabiles in coadjutores eliguntur, dec. 19. lib. 12. n. 16. & dec. 20. nu. 6. lib. eodem.
Et præſertim ſi fuit electus alter ſuffraganeus, ex quo dignoſcitur quòd nullam coadjutor habet obligationem reſidendi, decif. 19. lib. 12. nu. 17.
Tunc ſolùm ex coadjutoria oritur incompatibilitas retentionis, quando coadjutor in beneficio, ſeu Epiſcopatu, effectivè ſuccedit, decif. 19. lib. 12. num. 18. & decif. 20. num. 2. lib. eodem.
Ad definiendas quæſtiones quæ inter coadjutum, & coadjutorem evenire ſolent ſuper pertinentia fructuum, tenor litterarum inſpici debet, decif. 25. lib. 12. nu. 2.
Pontifex reſervando coadjuto, qui ob ejus non ſanam mentem ejus officium exercere non poterat, diſtributiones quotidianas, quæ tunc per ipſum ratione non ſanæ mentis percipi ſolebant, non intelligitur reſervaſſe emolumenta, quæ percipiunt per ſolos canonicos inſervientes ſed iſta debentur coadjutori, decif. 25. lib. 12. nu. 3.
Coadjutus poſt obtentam coadjutoriam nequit eſſe melioris conditionis, quàm enteà fuiſſet, decif. 25. lib. 12. n. 6.
Ideque eo magis procedit, ſi coadjutoria non emanavit in coadjuti gratiam, ſed ob ejus non ſanam mentem, decif. 25. lib. 12. num. 7.
Ubi non reſiſtat pactio per Pontificem approbata, vel contraria ipſius Pontificis determinatio in litteris expreſſa, reſervatur aliqua fructuum portio coadjutori ratione ſervitii Eccleſiæ, decif. 25. lib. 12. nu. 8.
Ex generalitate, & amplitudine reſervationis emolumentorum non cenſetur, quòd Pontifex comprehendere voluerit diſtributiones communium, & exequiarum, ſi talis amplitudo fuit ſubindè reſtricta ad eas tantùm, quæ ratione non ſanæ mentis percipi ſolent, decif. 25. lib. 12. nu. 9.
Et maximè ſi dicta emolumenta præſentibus tantùm debeantur, decif. 25. lib. 12. nu. 10.
Et procedit etiam ſi Pontifex voluerit, quòd coadiutos aliquid ammittens ob punctuale ſervitium non præſtitum à coadjutore, contra iſtum haberet regreſſum, quia intelligitur præterquam quòd communia, exequias, & ſimilia, decif. 25. lib. 12. nu. 11.
Licèt Canonicus legitimè impeditus lucretur omnes fructus præter quàm debitos præſentibus, tamen ſi ei ſit datus coadjutor, remanet obnoxius dictorum fructuum ammiſſionis, ſi coadjutor non reſidat; ſed iſtos ipſe coadjutor refundere tenetur, decif. 25. lib. 12. nu. 11.

CODICILLI.

In codicillis mutatio voluntatis non præſumitur, niſi expreſsè ſit explicita, & ſunt iſta cum teſtamento omninò concordanda, decif. 33. lib. 10. n. 9.
Maximè ſi adſint verba relativa ad teſtamentum, decif. 33. lib. 10. num. 10.

COLLEGIUM.

Collegium, ſeu congregatio ſufficienter conſervatur etiam in tribus perſonis, decif. 13. lib. 7. nu. 3. & 8.
Nec defeciſſe dicitur ob diminutionem perſonarum, decif. 13. lib. 7. num. 5.
Collegii legitimus adminiſtrator eſt Rector, non autem protector, decif. 1. lib. 13. num. 8.

COLLUSIO.

Colluſio excluditur ex qualitate perſonarum, decif. 45. lib. 5. num. 11.
Colluſio poteſt ex conjecturis probari, dec. 42. lib. 7. n. 4.
Ex arcta ſanguinis conjunctione oritur colluſionis argumentum, decif. 42. lib. 7. nu. 5.
Item arguitur ex ommiſſione defenſionis, decif. 42. libro 7. num. 7.
Sententia colluſiva non nocet citatis, decif. 42. lib. 7. n. 9.

COMPENSATIO.

Compenſatio admittitur in cenſu pro fructibus ipſo jure, & pro ſorte, parte opponere, decif. 13. lib. 5. n. 7.
Preceptio fructuum facta ex uno titulo, non cauſat compenſationem cum credito oriente ex diverſo fonte, decif. 42. lib. 5. num. 2.
Conpenſationem opponens, debitum fatetur, decif. 38. lib. 6. num. 23.
Compenſatio reſervata in ſententia pro uno debito, non eſt contra aliud debitum deducibilis, dec. 38. lib. 6. nu. 24.
De liquido ad illiquidum non datur compenſatio, decif. 38. lib. 6. num. 26.

COMPULSORIA.

Ad obtinendam compulſoriam ſpecialem debet probari exiſtentia ſcripturæ compulſandę, decif. 6. lib. 3. n. 4.

CONCESSIO.

Conceſſio limita ad aliquos caſus particulares, parit exceptionem quoad alios, decif. 24. lib. 3. nu. 11.
Nec poteſt trahi in conſequentiam univerſalem, decif. 24. lib. 3. num. 17.

CONCORDIA.

Concordia parit exceptionem litis finitæ, dec. 11. lib. 3. n. 2.

CONCURSUS CREDITORUM.

Concurſus non dicitur univerſalis, ſi non præceſſerit libellus, ſeu monitorium, fuerint vocati omnes creditores, & probata ſententia graduatoria, decif. 28. lib. 5. n. 4.
Creditor non comparendo in concurſo cum ceteris creditoribus privilegium ſui crediti non ammittit, decif. 40. lib. 5. n. 6.
Concluſio ſolùm procedit, quando creditor fuit citatus, & cauſa legitimè ventilata, lata ſententia graduatoria cum aſſignatione bonorum, decif. 40. lib. 5. nu. 7.
Tutoris Negligentia non comparentis in judicio concurſus non præjudicat pupillo, decif. 40. lib. 5. nu. 7.
Omnes lites ante concurſum inſtructæ, poſt illius convocationem ad judicem concurſus devolvuntur. dec. 42. lib. 5. n. 5.

CONDITIO.

A conditionali contractu, etiam ante conditionis eventum, non poteſt unus ex contrahentibus altero invito reſilire, decif. 50. lib. 6. n. 21. & ſeqq. & dec. 51. n. 8. lib. eodem.
Creditor ſub conditione, etiam conditione pendente, dicitur creditor, decif. 51. lib. 6. nu. 8.
De natura conditionis eſt ſuſpendere acquiſitionem emolumenti uſque ad illius purificationem, decif. 9. lib. 7. n. 6. decif. 37. lib. 10. num. 5.
Ea quæ deducta non fuerunt in præceptum, & obligationem, non important conditionem, decif. 10. lib. 7. n. 4.
In conditionibus alternativis ſufficit unius purificatio ad hoc, ut ſubſtitutus admittatur, decif. 65. lib. 10. n. 1.
Conditio habetur pro impleta contra eum, qui præſtat impedimentum, ne adimpleatur, decif. 74. lib. 10. n. 15.
Conditio *non facendo figli*, tamquam generaliter, & indefinitè concepta, complectitur omnes caſus, in quibus, gravatus abſque prole decedat, dec. 76. lib. 10. n. 1. & ſeqq. & decif. 77. n. 4. & ſeqq. & dec. 78. n. 2. & ſeqq. lib. eodem.
Conditio purificata dicitur nedum in caſu, quem litteraliter præſefert, ſed etiam in alio, ad quem ex conjecturata mente teſtatoris poſſit fieri extenſio, dec. 76. lib. 10. n. 2. & dec. 78. nu. 9. lib. eodem.
Ablativum abſolutum conditionem importat, decif. 3. lib. 11. n. 3.
Conditio negativa ſuſpendit actum uſque ad ultimum temporis momentum, decif. 3. lib. 11. n. 4.

CONDITIO SI SINE FILIIS.

Subſtitutiones conceptæ ſub conditione, ſine filiis, expirant per filiorum ſuperexiſtentiam, dec. 34. lib. 10. n. 4. & decif. 54. n. 3. & dec. 73. n. 4. & dec. 81. n. 6. & 7. lib. eodem.
Limita, ſi concurrant conjecturæ, quæ ſuadeant contrariam teſtatoris voluntatem, decif. 59. lib. 10. n. 4.
Et conjecturæ ad hunc effectum ſunt ſimul jungendæ, decif. 59. lib. 10. nu. 18.
Elicitur autem hæc voluntas, ſi teſtator oſtendit voluntatem, ut omnes ſubſtitutiones deberent habere ſuum effectum, decif. 59. lib. 10. n. 5.
Item ex onere perpetuò injuncto vocatis poſt deficientiam filiorum aſſumendi nomen, & arma teſtatoris, decif. 59. lib. 10. nu. 6. & 9.
Si in caſum alicujus non adimplementi, vel incapacitatis, teſtator privavit ſuos deſcendentes, & voluit, ut admiterentur alii ſubſtituti; inde pariter arguitur voluntas inducendi fideicommiſſum progreſſivum non expirabile per exiſtentiam filiorum. decif. 59. lib. 10. nu. 7.
Si teſtator mentionem fecit de linea hæredis inſtituti, inde arguitur, quòd integram lineam gravare voluerit, decif. 59. lib. 10. num. 8.
Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus inter ſe independentes eſt potens conjectura pro receſſu à conſilio Oldradi, dec. 59. lib. 10. num. 10.
Quando filii, & deſcendentes nedum ſunt poſiti in conditione, ſed expreſsè vocati, facilè etiam præſumitur eorum gravamen ad tollendam expirationem fideicommiſſi, dec. 59. lib. 10. n. 11.
In veriſimilitudo, quod teſtator voluerit potius gravare proximiorem, quàm remotiorem, tribuit pariter conjecturam pro receſſu ab Oldradi opinione, decif. 59. lib. 10. n. 12.
Legatum perpetuum omnibus vocatis injunctum, indicat fideicommiſſi perpetuitatem, decif. 59. lib. 10. n. 13
Receditur ab Oldradi conſilio. ſi concurrat prohibitio alienationis, & detractionum, decif. 59. lib. 10. nu. 16.
Item ſi perpetuò fœminæ ſint excluſæ, & maſculi vocati, dec. 59. lib. 10. num. 17.
Quando ſubſequens ſubſtitutio non eſt ſubordinata, & dependens, nec à prima, nec ab aliis intermediis, ſed eſt demandata ſimpliciter, & indefinito tempore, ac in deficientiam filiorum, & deſcendentium, tunc non habet locum conſil. Oldrad. dec. 73. l. 10. n. 5. & dec. 74. per tot. & dec. 81. n. 8. & ſeqq. lib. eodem.
Quando autem ſubſtitutio talis dicatur, dec. 74. lib. 10. à n. 6. cum ſeqq. ubi in ſpecie ſi ſit facta ſub indeterminata conditione terminationis lineæ, dec. 74. à n. 7. & dec. 81. n. 9. & ſeqq. lib. eodem.
Conditio, ſi ſine filis, ſemper ſubintelligitur in ſubſtitutione facta ab aſcendente, dec. 53. lib. 10. n. 1.

Præſumptio promanans ex diſpoſitione l. cum avus &c. eſt præſumptio juris, non autem juris, & de jure, deciſ. 53. lib. 10. n. 4.
Et quod prædictæ legis diſpoſitio ſit exorbitans, deciſ. 53. lib. 10. num. 4.
Quod prædicta conditio ſubintellecta non dicatur tacita, ſed expreſſa, dec. 53. lib. 10. n. 15.
Præſumptio legis cum avus, locum ſibi vindicat in ultimis voluntatibus tantùm, non autem in contractibus, deciſ. 115. lib. 10. n. 13. & dec. 116. n. 6. lib. eodem.
Conditio, ſi ſine filiis, quando dicatur de una ſubſtitutione ad aliam repetita, dec. 54. lib. 10. n. 1. & 2.
Conditio non facendo figli, complectitur omnem caſum, in quo ſubſtitutus ſine prole decadat, & ſpecificè caſum viduitatis, deciſ. 76. lib. 10. n. 2. & 3. & deciſ. 77. nu. 4. & ſeqq. & dec. 78. n. 2. & ſeqq. lib. eodem.

CONDITIONALIS PARS.

Licèt pars conditionalis regulariter recipiat interpretationem à diſpoſitiva, & intelligatur de eiſdem perſonis; tamen id non habet locum, quoties conditionalis eſt magis ampla, & lata, deciſ. 14. lib. 10. nu. 11. & 12. & deciſ. 59. n. 41. lib. eodem.
Si in parte conditionali, teſtator ſe coarctavit ad certum genus perſonarum cum dictione relativa, ut ſupra, de eodem genere cenſetur intellexiſſe etiam in antecedenti diſpoſitiva, deciſ. 17. lib. 10. nu. 4. & dec. 23. nu. 15. lib. eodem.
In parte conditionali intellegi debent repetitæ eædemmet perſonæ, de quibus loquitur diſpoſitiva, dec. 18. lib. 10. n. 2. & dec. 28. n. 5. & dec. 59. n. 41. & dec. 80. n. 6. lib. eodem.
Si teſtator poſt vocatos filios in genere, deveniens ad ſubſtitutionem extranei, ponat in conditione filios cum qualitate maſculinitatis, hoc caſu fœminæ deſcendentes excludunt ſubſtitutum, quia attenditur diſpoſitiva, & lex ſupplet id, in quo deficit teſtator, dec. 23. lib. 10. nu. 8. & ſeqq.

CONDUCTIO, ET CONDUCTOR.

Conductor non poteſt per actus à ſe geſtos domino præjudicare, deciſ. 28. lib. 7. nu. 15. & 16.
Conductor, quoad remiſſionem penſionis, Vide Defalcum.

CONFESSIO.

Qui non negat, fateri videtur, deciſ. 5. l. 3. n. 7.
Confeſſio procuratoris legitimum mandatum habentis probat, deciſ. 5. lib. 3. n. 9.
Confeſſio eronea minimè eſt attendenda, deciſ. 8. lib. 3. n. 9. & deciſ. 10. n. 6. lib. eodem.
Confeſſioni Epiſcopi multum defertur etiam contra ſucceſſores, cum non præſumatur voluiſſe Eccleſiæ præjudicare, deciſ. 11. lib. 3. n. 7. & deciſ. 9. lib. 4. n. 17.
Confeſſio licèt in precibus emiſſa plenè probat, deciſ. 27. lib. 3. n. 5. & dec. 32. lib. 5. n. 3.
Confeſſio adminiculata afficit non ſolùm confitentem, ſed etiam ſucceſſorem in dignitate, dec. 27. lib. 3. n. 6. & dec. 9. nu. 18. lib. 4. & dec. 31. lib. 12. n. 9.
Præſertim ſi ſit antiqua, & veriſimilis, dec. 27. lib. 3. n. 8. & 9.
Confeſſio probat contra confitentem, donec non convincatur erronea, dec. 28. lib. 3. n. 4. & dec. 54. lib. 6. n. 4.
Licèt ſit qualificata cum clauſula, ut aſſerunt, dec. 28. lib. 3. n. 5.
Confeſſio erronea docto de errore non præjudicat, dec. 6. lib. 4. n. 11.
Confeſſionem Auctoris hæres impugnare non poteſt, dec. 12. lib. 4. n. 5.
Confeſſionem propriam nemo impugnare poteſt, dec. 32. lib. 5. num. 2.
Confeſſio præſuppoſitiva non probat niſi aliundè adminiculetur, dec. 37. nu. 2. lib. 5.
Confeſſio quæ habet contra ſe inveriſimilitudinem non attenditur, dec. 38. lib. 5. n. 2.
Confeſſio facta coram Principe, æquipollet judiciali; deciſ. 12. lib. 6. num. 2.
Confeſſio geminata magis probat, & redditur impugnabilis, deciſ. 12. lib. 6. nu. 3.
Confeſſio ut tamquam erronea irritari poſſit, error eſt taliter probandus, ut excludatur etiam mera poſſibilitas in contrarium, dec. 12. lib. 6. n. 8. & deciſ. 6. lib. 10. nu. 19.
Confeſſio debitoris proximi decoctioni, ſi ſit adminiculata, probat, deciſ. 36. lib. 6. n. 5.
Confeſſio, quæ ſe refert ad alias ſcripturas, ex quibus veritas deſumi poteſt, eſt à ſuſpicione aliena, etiamſi ſcripturæ relatæ non reperiantur, quando conceſſio emanavit de tempore, quo earum deperditio, aut tertii præjudicium ſuſpicari non poterat, dec. 36. lib. 6. n. 6.
Confeſſio plures continens circumſtantias, ſi in multis vera comprobetur, talis præſumitur etiam in aliis, dec. 36. lib. 9. num. 7.
Confeſſio debitoris emiſſa tempore, quo à creditoribus moleſtatur ipſis non præjudicat, dec. 36. lib. 6. n. 17.
Confeſſio tertii contra alium tertium non attenditur, dec. 37. lib. 6. n. 12.
Confeſſione propria nulla melior dari poteſt probatio, deciſ. 38. lib. 6. nu. 3. & deciſ. 53. nu. 1. lib. eodem., & dec. 109. lib. 10. nu. 21.
Præſertim ſi ſit adminiculata, dec. 38. lib. 6. n. 4.
Confeſſio etiam in querela emiſſa probat, deciſ. 42. lib. 6. num. 1.
Confeſſio emiſſa in poſitionibus, plenè probat contra confitentem, deciſ. 4. lib. 9. n. 11.
Confeſſio monialis facta pro exoneratione propriæ conſcientiæ, & ad patefaciendam rei geſtæ veritatem, atque adminiculata præjudicat tam confitenti, quàm Monaſterio, deciſ. 5. lib. 9. num. 11.
Confeſſio debiti facta in teſtamento non reſolvitur in purum legatum, quando non agitur contra alios creditores, ſed contra hæredes, & maximè ſi concurrat expreſſio cauſæ, & declaratio ſummæ, cum aliis circumſtantiis, deciſ. 5. lib. 11. n. 2. & dec. 6. n. 7. & 8. lib. eodem.
Et hæres non poteſt hanc confeſſionem impugnare, niſi tamquam erroneam, & ad hunc effectum debet errorem concludenter probare, dec. 6. lib. 11. nu. 8. & 9.
Imò ad verificandam talem confeſſionem ſufficiunt levia, & modica adminicula, dec. 6. lib. 11. n. 10.
Confitens ſe debitorem, an & quando præſumatur de alio ſuo antecedenti credito ſatisfactus, dec. 8. lib. 11. n. 10. & dec. 9. n. 7. & ſeqq. lib. eodem.

CONFINIS.

Terminus confinans diſparatus eſt à confinato, & illo non comprehenditur, deciſ. 6. lib. 4. n. 10.
Res aſſignata pro confine, non poteſt dici comprehenſa ſub venditione, etiamſi ſit ipſius venditoris, deciſ. 46. lib. 5. num. 37.
Confinium generalis expreſſio non eſt apta comprehendere in venditione rem, quæ annexa non eſt rei venditæ, deciſ. 27. lib. 7. num. 13.

CONFIRMATIO.

Princeps ubi confirmat ad ſimplicem ſupplicationem partis, nil penitus cenſetur ultra dare, quàm ſimplicem confirmationem, deciſ. 1. lib. 2. n. 26.
Confirmatio etiam cum clauſula ſupplentes extendi non poteſt ad novam conceſſionem, ubi aliæ clauſule deficiunt, ibidem nu. 29.
Confirmatio non trahitur ad defectus per Principem ignoratas, ibidem nu. 30.
Confirmatio etiam cum clauſula denuò concedimus importare non poteſt novam conceſſionem, ubi modificatur ab alia clauſula pro majori cautela, ibid. nu. 31.
Confirmatio facta non ad formam actus, ſed diverſimodè, indicat, quòd tota facultas in confirmante reſideat, dec. 2. lib. 2. nu. 45.
Ex facilitate, & frequentia concedendi cofirmationem non benè infertur, quòd actus poſſit abſque confirmatione ſubſiſtere, & expleri, deciſ. 2. lib. 2. n. 46.
Confirmatio operatur ex nunc, non autem ex tunc, dec. 17. lib. 4. nu. 10. & 16.
Confirmatio nihil de novo diſponit, ſed ſolùm robur adiicit confirmato, deciſ. 107. lib. 10. nu. 4.
Limita, quando conſtat de voluntate contraria Principis confirmantis, dec. 117. lib. 10. n. 5.
Confirmatio obtenta cum erroneo ſuppoſito, iſto corruente nihil operatur, dec. 14. lib. 14. num. 3. & deciſ. 16. nu. 5. lib. eodem.

CONGREGATIO BARONUM.

Baronum Congregatio non ſolet demandare ſolutionem, & conſignationem pecuniarum, ſi non exhibeatur mandatum, deciſ. 50. lib. 6. n. 40.
Congregatio Baronum ſimpliciter demandans conſignationem pecuniarum gerit vices executoris, & non judicis ordinarii, deciſ. 31. lib. 7. n. 13.
Vide Bulla Baronum.

CONGREGATIO CONCILII.

Reſolutiones S. Congregationis Concilii faciunt legẽ generalem ubi-



ubi ſervandam, niſi ſuper ſpecialitate alicujus caſus ſit conſulta, deciſ. 26. lib. 12. n. 2.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii Rota ſolet reverenter amplecti, deciſ. 21. lib. 14. n. 5. & deciſ. 22. n. 4. & deciſ. 23. n. 5. lib. eodem.

CONJECTURÆ.

Conjecturæ urgentes ſunt præponendæ debilioribus, deciſ. 37. lib. 6. n. 11. & deciſ. 38. n. 18. lib. eodem.
Conjecturæ non ſunt motivum ſcientificum, ſed opinativum non veritas aperta, ſed ſigna latentis veritatis; non directa probatio, ſed ſuppletiva, & veriſimilis, deciſ. 58. lib. 9. n. 20.
In claris fruſtra requiruntur conjecturæ, deciſ. 58. lib. 9. n. 21. & deciſ. 9. lib. 10. n. 12.
Quæ ex conjecturis colliguntur, habentur pro expreſſis deciſ. 59. lib. 9. n. 6.
Conjecturæ debiliores, quæ aſſiſtunt regulæ, prævalent urgentioribus adductis pro limitatione, deciſ. 14. lib. 11. n. 22.

CONSANGUINEUS, ET CONSANGUINITAS.

Conſanguinitas in antiquis levioribus contentatur probationibus, deciſ. 30. lib. 10. n. 3.
Et juſtificatur etiam ex enuntiativis, deciſ. 30. lib. 10. n. 4.
Conſanguineorum appellatione indiſtinctè veniunt tam agnati, quàm cognati, deciſ. 44. lib. 10. n. 3.
Et tam maſculi, quàm fœminæ, quoties non eſt contemplata agnatio, deciſ. 21. lib. 11. num. 11. & deciſ. 34. num. 2. lib. eodem.
Amita venit ſub nomine conſanguineorum ex latere paterno, deciſ. 34. lib. 11. n. 2.

CONSENSUS.

Conſenſus per paritionem ſemel præſtitus, retractari ampliùs non poteſt, deciſ. 1. lib. 3. num. 4. & deciſ. 2. num. 5. lib. eodem.
Conſenſus præteritus non excluditur per præſentem, & poſteriorem impugnationem deciſ. 2. lib. 4. n. 6.
Si ſucceſſores conſentiant, non attenditur impugnatio facta per anteceſſores, maximè ſi iſti nullum decretum favorabile, reportarunt, deciſ. 2. lib. 4. n. 7.

CONSTITUTIONES.

Conſtitutiones Pontificiæ tacito ſuperiorum conſenſu deveniunt ad inobſervantiam, deciſ. 6. lib. 9. n. 33.
Adverſus Conſtitutiones Apoſtolicas clauſula irritanti munitas non attenditur obſervantia, deciſ. 23. lib. 12. n. 12.
Quando agitur de inducenda obſervantia adverſus Conſtitutiones Apoſtolicas, illa debet eſſe continua, deciſ. 23. lib. 12. n. 14.

CONSUETUDO.

Conſuetudo debet probari in ſpecie caſus, de quo agitur, deciſ. 24. lib. 3. n. 18.
Longæva conſuetudo ſervari debet, deciſ. 24. lib. 3. n. 19.
Unicus actus ad inducendam conſuetudinem non ſufficit, cum requiratur actuum frequentia, & temporis diuturnitas, deciſ. 24. lib. 3. n. 20. & deciſ. 29. n. 10. lib. eodem.
Conſuetudo non deſtruitur ex actibus contrariis, niſi probetur ſcientia, & patientia adverſarii, deciſ. 24. lib. 3. num. 21.
Declaratio tacita conſuetudinis facta in ſignatura gratiæ eſt attendenda, deciſ. 27. lib. 3. n. 21.
Conſuetudo præferens majori minorem, quando dicatur irrationabilis, nec nè, deciſ. 27. lib. 3. n. 29.
Conſuetudo interrumpitur per litem, deciſ. 29. lib. 3. n. 11.
Decretum irritans conſuetudini reſiſtit, deciſ. 29. lib. 3. num. 12. & deciſ. 16. lib. 12. n. 7.
A conſuetudine unius Eccleſiæ ad aliam inferri non poteſt, deciſ. 29. lib. 3. n. 15.
Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, deciſ. 29. lib. 3. num. 16.
Publica conſuetudo per Principem, & Magiſtratus tolerata, abrogat legem etiam munitam decreto irritanti, & clauſula ſublata, deciſ. 6. lib. 9. n. 32.
Doctoribus teſtantibus de conſuetudine non creditur, deciſ. 49. lib. 10. n. 33.
Concilium Tridentinum tollit quaſcumque conſuetudines ejus diſpoſitionibus repugnantes, deciſ. 49. lib. 10. n. 36.



Ad inducendam conſuetudinem contra legem non ſufficiunt ſimplices actus etiam continuati, niſi ſint comprobati in contradictorio judicio cum ſcientia, & Patientia Principis, deciſ. 16. lib. 12. n. 5.
Ad probandam conſuetudinem rationabilem, & quæ non ſit contra jus, non exiguntur probationes, quæ percutiant 40. annos undique completos, deciſ. 26. lib. 12. n. 3.
Teſtes de publica voce, & fama plurimùm inſerviunt ad adminiculandam conſuetudinem; deciſ. 26. lib. 12. n. 4.
Teſtes deponentes de longo tempore adminiculant conſuetudinis probationem pro complemento quadragenariæ, deciſ. 26. lib. 12. num. 5.
Ad introductionem conſuetudinis rationabilis non requiritur bona fides, & in hoc differt conſuetudo rationabilis à præſcriptione, deciſ. 26. lib. 12. n 10. & 11.
Mala fides operatur, ut poſterior conſuetudo non ſit allegabilis, deciſ. 18. lib. 14. n. 19.
Unicus actus ſufficit ad deſtruendam conſuetudinem, deciſ. 3. lib. 16. ſub n. 2.
Imò etiam rumor in contrarium, deciſ. 3. lib. 16. ſub n. 2.
Conſuetudo immemorabilis. Vide Immemorabilis.

CONTRACTUS.

Ad dignoſcendam naturam contractus, illius forma, & pacta, non autem denominatio ſpectari debet, deciſ. 17. lib. 4. num. 20.
Contractus venditionis cum ſucceſſiva locatione eſt licitus, & admiſſus, deciſ. 5. lib. 5. n. 24.
Contractus, qui nuncupatur godere à godere, à Doctoribus approbatur, deciſ. 5. lib. 5. n. 25.
Contractus talis præſumitur, qualis à contrahentibus fuit denominatus, deciſ. 5. lib. 5. n. 42.
Contrarium, ſi aliud ſuadeant conjecturæ, deciſ. 5. lib. 5. n. 61.
Ad commenſurandam juſtitiam, vel injuſtitiam contractus, pacta omnia tamquam illius partes ſunt attendenda, deciſ. 8. lib. 5. num. 4.
Utilitas contractus non à ſubſequuto eventu, ſed à tempore illius ſtipulationis eſt metienda, deciſ. 41. lib. 6. n. 18.
A contractu conditionali nequit altero invito unus ex contrahentibus recedere, ſed expectandus eſt conditionis eventus, deciſ. 50. lib. 6. n. 21.
Contractus laudabilis, & tendens ad conſervationem bonorum in familiam, nec non palàm coram Notario, & teſtibus geſtus, non poteſt præſumi vi, & metu extortus, deciſ. 2. lib. 7. n. 8.
Plures contractus etiam diverſæ naturæ poſſunt contineri ſub una eademque ſtipulatione, deciſ. 11. lib. 7. num. 12.
Contractus geſti ſub eodem die, hora, loco, & teſtibus, atque ab eodem notario rogati, reputantur pro unico ad hoc, ut pactum in ſecundo appoſitum cenſeatur ineſſe etiam in primo, deciſ. 20. lib. 7. n. 8.
Ad dignoſcendum, quiſnam contractus fuerit ſtipulatus, ſubſtantia, & non denominatio attendi debet, deciſ. 6. lib. 10. num. 14.

CONTRADICTIO.

Contradictio in eadem diſpoſitione non præſumitur, dec. 13. lib. 7. num. 6.

CONTRARIUM.

Contrariorum eodem eſt diſciplina, deciſ. 62. lib. 10. n. 6.

CORRECTIO.

Inſtantanea correctio ut evitetur, omnis fieri debet interpretatio, deciſ. 2. lib. 3. n. 3.
Correctio inſtantanea non præſumitur, deciſ. 25. lib. 6. n. 12.
In correctoriis nulla poteſt fieri extenſio, deciſ. 90. lib. 10. n. 14. & deciſ. 92. lib. eodem n. 6.

CORRESPECTIVITAS.

Correſpectivitas non inducitur ex ſola dependentia occaſionali, ſeu accidentali, deciſ. 19. lib. 6. n. 24. & deciſ. 11. lib. 7. num. 11.
Correſpectivitas deſumitur, ex quo uterque actus ſit in eadem ſcriptura completus, deciſ. 1. lib. 13. n. 12. & deciſ. 13. n. 4. lib. eodem.